mur de tota vita hōis qui p̄uenit  
iam ad etatē adulatā de excellētē  
ac sp̄ciali gratia est q̄ talis sine  
peccato veniali sit. sicut dicit **Au-**  
**gustinus** de beata virgie. **S**i aut̄  
loquimur de aliqua p̄ticula p̄se-  
cis vite. sic potest aliquis eē sine  
veniali peccato. **I**stud pat̄z per  
exemplū. quia nauta potest sin-  
gula foramina nauis in numero  
obstruere ne aqua intret. sed nō  
potest omnia simul obstruere ut  
aqua nūsqm intret. **V**nde caritas  
etiaz perfecta non facit q̄ pecca-  
tum veniale nō adueniat. sed fa-  
cit q̄ non duret. quemadmodū  
caminus ignis nō facit vt gutta a  
que sibi nō apponat. sed facit vt  
apposita c̄tius extinguat. **P**er-  
fecta em̄ caritas statim inflam-  
mat hominem vt de peccato veni-  
ali doleat et peniteat. quod nō fa-  
cit caritas imperfecta. **V**nde i ip-  
fectis aggerantur multa venia-  
lia per que fit ad prostrationem  
maior dispositio.

**D**e effectu peccati venialis  
Capitulum. xiii.

**E**ffectus peccati venialis  
multiplex est. **O**rīmus  
quia ad penā obligat.  
nō autem determinate et precise ob-  
ligat ad penā eternaz vel purga-  
toriā. vel presentis satisfactiois  
sed ad aliquā istarū penarum.  
Quoniam secundū forum ecclē-  
sie presentis satisfacit homo leuit  
Hoc secundum forum purgato-

ri p̄metitur grauitas. **S**ecunduz  
forum vero inferni p̄metitur pro  
veniali grauissime. quia eterna  
liter si cuz mortali et veniali dece-  
serit. **E**xemplū habemus de hoc  
q̄ mensuravim que valet in uno  
loco sex denarios. si duocatur ulte-  
rius valet vnuz solidum. et si du-  
citur adhuc ulterius valet duos  
solidos. **P**ena tamen illata in in-  
ferno pro veniali incomparabili-  
ter minor est qm illata ibidem p  
mortali. **V**nde solet dīci q̄ pena  
illata in inferno pro mortali est  
sicut soliditas. Illata pro veni-  
ali ibidem est sicut superficies.  
**I**llata pro veniali in purgatori-  
o est sicut linea. Illata pro veni-  
ali in presenti est sicut punctus  
**V**nde sicut ista quatuor sunt im-  
porionabilia. ita inter penas  
predicas magna est differētia  
**T**Secundus effectus est q̄ pec-  
atum veniale animā maculat et  
ponit tale exemplū. Aliquando  
em̄ demigratur aliqua imago de-  
picta in tantum vt videri nō pos-  
sit. Aliquando vero sic obscurat  
vt videri quidem possit. sed non  
plene discerni. et ideo ppter tale  
differentiam dicit **Gregorius**.  
**V**eniale obscurat. mortale obte-  
nebrat. **T**De macula ista dicit  
q̄ in saluandis omne peccatus ve-  
niale deletur in presenti a gratia  
finali. et hoc quantum ad culpā  
et non quantum ad penam. imo  
illa soluetur in purgatorio. **W**eat  
autem gratia finalis peccatus

veniale in ipsa dissoluione corporis et anime ex virtute opletiorum et sui status quomodo non sit motus contritionis ad illud directus. secundum hoc intelligitur verbum auctoritatis qui dicit. quod in purgatorio potest esse absolutio a pena et non a culpa. hoc ab antiquis dicendum est. sed modo communiter determinatur quod peccatum veniale hinc defteratur a multis etiam quantum ad culpam et in purgatorio purgatur. quia dominus dicit de quibusdam peccatis quod non remittantur neque in hoc seculo neque in futuro. Exponit Gregorius quod veniam dimittuntur in futuro. quod si intelligatur quantum ad penatantum tunc expositio nulla est Grego. quia etiam mortalia quantum ad penas purgantur que bic soluta non sunt. Tercius est quod minuit feruore caritatis sicut aqua in ignem projecta. licet igne non extinguat. feruore tamen illius fererat. Quartus est quod potentias a mente in operibus bonis lassat. sic quando ponitur onus super equum minus erit promptus ad ambulandum. Quintus est quod retardat a gloria. quia homo qui debet et posset statim post mortem ad celum euolare cogetur propter veniam ad tempus in purgatorio expectare. Nunquam enim ab aliquo facies dei videbitur donec soluat per penas minimas quadrantem venialium peccatorum. Oportet enim quemlibet ita mundum esse ante intro-

itum paradisi sicut fuerat in innocentia baptismali. Sextus est quod bona glorie celestis diminuit non quidem illa que iam debentur et que habemus ibi per meritum deposita. sed que deberent si venia alia non fierent. quia medio tempore possent aliqua bona fieri quam illa sunt. Preterea post perpetrationem veniam oportet nos ad opera quedam conuertere ad solutionem huiusmodi debitorum. per quod nobis deberet crescere cumulus eterni premij. Septimus efficitus est quod veniam sive per se sunt occasio mortalium peccatorum. et hoc quatuor modis sicut bales supra titulo proximo. ubi dicitur quod actus qui ex se est venialis potest fieri mortalis quatuor modis. Doc est etiam singulariter ad uertendum quod sicut ad remissionem peccati mortalium exigitur desideratio actus peccandi cum voluntate in posterum abstinendi. sic quoque peccatum veniale in presenti non dimittitur nisi et actu et proposito deseratur.

### De septem vicissim capitalibus in genere. Capitulum. xiiij.

**D**ecatorum actualium unum est inicium. duplex radix triplex fomentum. septiforme caput. Unum inicium dicimus superbiam. Juxta illud. Inicium omnium peccati superbiam. Duplex vero radix est. scilicet timor male habilias. et amor male habilias. b. iij

accenberis. tamen omnis timor  
ortu habet ab amore Nullus enim  
timet aliquid perdere nisi quia a  
mat illud habere. **T**riplex pecca-  
ti fomentum est. sciz tria que sunt  
in mundo. hoc est cupiscentia car-  
nis. concupiscentia oculorum. cui  
spbia vite. **T**Septiforme caput  
est sciz spbia. inuidia. ira. acci-  
dia. auaricia. gula. luxuria. In-  
ter que sunt quinq; spbia. du-  
o vero carnalia. **T**Sufficientia  
boru septem sic potest colligi. Vo-  
luntas nostra de ordinat. aut qz ap-  
petit non appetendum. aut quia  
refugit quod non est refugiendum.  
**S**i primo modo aut est interius  
a sic est vana gloria. Aut exterius  
a sic est auaricia. Aut inferius  
a tuc est delectabile. **S**z illis  
delectabile aut est ad conservacionem  
ne individualium sic est alimentum  
quod appetit inordinate a gula.  
aut est ad conservacionem speciei.  
a sic est coitus qui appetit a lu-  
xuria. **S**i autem voluntas deordina-  
tur. quia refugit quod non est su-  
giendum. a hoc potest esse tripliciter.  
aut enim refugit secundum puer-  
sum instinctu rationalis a sic est  
inuidia. Aut secundum instinctu  
irascibilis a sic est ira. Aut se-  
cundum instinctu concupisibilis  
sic est accidia. **T**Ex his patet qz  
quatuor sunt principalia appeti-  
bilia. a tres sunt vires secunduz  
quarum instinctu est fuga. ide  
o tantu sunt septem capitalia pecca-  
ta. **T**Peccata que dicta sunt qn-

qz publice se ostendunt. vt qua-  
do directe sunt. qnq; vero sub qz  
dā specie boni palliata decipiunt.  
**V**nde spbia qnq; dicit Ad hoc  
volo preesse vt possim pdesse Ira  
dicit. Non debent illata mala to-  
lerari ne consuecat inferri. Inui-  
dia dicit. Alijs bona non cupio  
ne in successibus eleuent. Accida-  
ia dicit. Ad hoc in laboribus mihi  
parco ne indiscretions argu-  
ar. Auaricia dicit Ad hoc multa  
sunt congreganda ne ppter inopi-  
am committat furtuz vel rapina.  
Gula dicit. Ad hoc est corpus ci-  
bis et potibus delicioribus nutri-  
enduz ut sit fortius ad domino serui-  
endum. Luxuria dicit. Ad temp  
debet quisq; ad libitum vivere et  
postea fortiter penitere. **T**Septem  
vitia comparant septem be-  
stias. Vana gloria comparatur  
leoni. Inuidia cami. Ira lupo.  
Accidia asino. Auaricia ericio.  
Luxuria porco. Gula viso. **A**lio modo  
comparant septem vitia sep-  
tem infirmitatis. Vana gloria co-  
para inflatiom. inuidia lepre.  
ira frenesi. accidia letargie. au-  
aricia hydrocephali. luxuria febri.  
gula epilempie. **T**Septem vitia  
xpi passione curantur. Capitis in  
cruce inclinatio curat spbiā Oro-  
pium in iunctu aptio lateri inuidia  
Portacō crucis accidia. Traditi  
o spūs pri. corporis crucis. mris di-  
scipulo. vestiu crucifixoribus.  
hec in qua curat auariciā. Flagel-  
latio luxuriā. potio felis gulam.

## III

60

De superbia. Cap. xv.

**N**unc dicendū est de septem capitalibus vicijs. in specie. et primo de superbia q̄ est regina omnium viciorum. **E**st autē superbia ut ait aug⁹. puerse celsitudinis appetitus. **V**nū sicut idē augustin⁹ ait. superbia omnibus inuidet. sciz superioribus. quia illis nō equat. Inferiorib⁹ ne ei equant. **P**aribus. quia ei equant. **S**uperbia dicit inicium omnis peccati triplici ratione. **P**rimo ppter causam que inuenit in omni peccato. quia in omni peccato inuenit contemptus dei qui est quedā causa peccati. **I**ste autē contemptus ē auersio a creatore que in omni peccato est. ubi preponit bonū omutable bono incommutabili. qz sicut sine caritate alie virtutes nihil sunt. ita sine superbia alia via nihil sunt. abstruse superbiā et habebis gratiam. quia superbis deus resistit. habilib⁹ autem dat gratiā. **C**onuexū em in quantū būius modi nō est receptiuū. sed et caūū. **S**ecundo quia primū fuit peccatorū. hoc ei genere peccauit diabolus in celo. et primus homo in paradiſo. **T**erco q̄ ex ea nascunt alia via secundū prius et posterius. hoc est mediata vel inmediate. sicut habetur supra in titulo de effectu viciorū. **E**st autem inter superbiam et vanā gloriā differentia. quia li-

cet utrobiq; sit appetitus ppter excellentie. tñ superbis apparet si bi magnus intra. sed vani gloriosus appetitus in ore aliorū appare per laudē extra. **D**iversa peccata dicunt radices et inicia siue cause aliorum peccatorum. h̄ diuersis respectibus. **S**uperbia em dicitur inicium ppter tres causas supra enumeratas. Libido etiaz dicit causa omnis peccati. sicut ait aug⁹. et hoc ppter delectationē creature. que inordinate trahit animam et auertit a summo bono. **E**st em libido improba voluntas qua mouetur anima rationalis ad hoc q̄ delectetur in creatura. **C**upiditas etiaz dicitur radix omnium malorū. sicut dicit apostol⁹. et hoc ppter eandem causā sicut libido. **E**st ei cupiditas ex amore inordinate ad creaturam. **L**uxuria etiaz secundū cassianū dicitur radix omnis peccati. quia carnales delectationes sunt nob̄ naturales. ad naturalia autē prom̄ sumus et difficulter resistimus. **I**n amī glorie septeſ sunt filie secundū gregorij. **P**rima est inobedientia. quia vani gloriosus in nullo vult videri in ferior. quod fieret si faceret mandatum. **S**ecunda est contētio. quia vult vnicere cū clamore et p̄ hoc apparere. **T**ercia est iactantia qua quis enumerat bona sua ut laudabilis appareat. **Q**uarta est hypocrisia q̄ querit lūibus in exteriorib⁹ apparere  
b. iiiij.

**T** Quinta est p̄tinacia que fac  
tū suuz malū vel dictū defendit  
ne errasse videat. **T** Sexta est  
discordia que cōtra omne dictū  
assumit otrariū ppter vanā glori  
am. **T** Septima est nouitatuꝝ  
presumptio qua quis noua inue  
nit vel dicat vt laudet. **T** Quatu  
or sūt sp̄ecies supbie q̄ assignat  
Gre. xxxij. super iob. **T** Prima  
est cū homo a seipso estimat bo  
nū babere quōd habet. **T** Secū  
da est si desuper datū credit. p  
suis tñ meritis accepisse putat.  
**T** Tercia est cū iactat se habē  
quod nō habet. **T** Quarta ē qñ  
ceteris despēctis singularit vult  
videri. Per primā et secundam  
speciem iniuriat homo deo in se.  
quia p̄ primā pot se homo totaz  
causam sui boni. Sed in secunda  
ponit se causam principalem. In  
tercia vero sp̄ecie iniuriat homo  
deo in proximo. In quarta autē  
iniuriat homo deo in hoc quod n̄  
habet. **T** Gradus supbie secundū  
bernardū sunt duodecim. qui sūt  
curiositas. mentis levitas. inep  
ta leticia. iactātia. singularitas.  
arrogantia. presumptio. pecca  
toruz defensio. simulata confessi  
o. rebellio. libertas. peccandi cō  
suetudo. **T** Numerus istoruz sic  
accipitur. homo p̄ supbiā ini  
riatur deo cui debet esse subdit?  
et homini cui debet esse par. et bo  
mini cui debet esse inferior. Sex  
primi gradus terminant secundū  
iniuriā p̄ximi cui debet esse par.

quatuꝝ alij secundum iniuriāz  
que fit homini superiori. Duo ul  
timi determinant p̄prie quantū  
ad iniuriā que deo imediate fit.  
loc ideo dicimus quia superioēs  
gradus in deum redundant. sed  
mediante proxio. Gradus autē  
vocab qñ sit a minori progressus  
vscq; ad maius. Primus em̄ ma  
lus est. secundū peior. et sic ascē  
deō inuenitur q̄ vltimus ē pessi  
mus. Vnde iniuria que est respe  
ctu paris est minor. Illa vero q̄  
est respectu superioris est maior.  
Sed illa que est dei est maxia.  
pter quod et taliter isti gradus  
ordinant. **T** Supbia multa ma  
la facit. Primo id quod dei est v  
surpat. scz gloriā. Isa. Gloriaz  
meā alteri nō dabo. In bonis em̄  
opibus que facim̄ duo sūt. vide  
licet honor et utilitas. Sed p̄mū  
sibi dñs reseruat. aliud nobis trā  
buit. Vnde debemus deo suā pte  
relinquere. si mā pte nolum̄ sp̄o  
liari. **T** Secundo pfectos viros  
impugnat. Supbia em̄ ē quasi  
turris babilonis q̄ vscq; ad celos  
id est vscq; ad celestes viros de  
beat ptingere. Aug. **T** Supbia  
etia bonis opibus infidiaſ ut pe  
reant. Vnde supbia inexpugna  
bilis est sicut castrū in alto mon  
te sitū. **T** Tercio grā dei hieſ de  
nudat. patet. quia supbis deus  
r̄sistit a.c.h. Re. Montes gelboe  
nec ros nec pluvia veniat super  
nos. Vnde secundū naturā con  
uextum non est receptiuū. sed cō

## III

61

cauū. **T**Quarto boninē ded p̄i  
uat. Hugo de san. vic. Supbia  
aufert m̄bi deum. inuidia p̄xi  
mū. ira meipsū. **T**Superbia de  
o est odibilis prouer. Tria sūt  
que odit dñs. pauperē supbū.  
diuitē mendacē. senem fatuū. **T**  
Deū impugnat. quia vexillum  
imīcā sui id est diaboli ponit in  
castro. a depōnit vexillum xp̄i.  
sc̄z crucē quā semp homo deberet  
portare. secūdū illud. Qui vult  
reire post me n̄c. **T**Diabolo ho  
minē assimilat. **T**Ipse em̄ est rex  
sup oēs filios supbie. Vn̄ sicut  
dñs ait de caritate. in hoc cognos  
cent oēs quia mei estis discipu  
li si dil. ba. adinui. Ita diabolus  
potest dicere de supbia. in hoc co  
gnoscēt oēs n̄c. **T**Dominem  
stultū demonstrat. quia ancillā  
ornat a dnām nudā relinquit.  
Itē quia magna pro modico vē  
dit. id est laute. Itē quia credit  
se posse cū supbia illuc attingē.  
vbi diabolus iā existens non po  
tuit cum superbia remanere. **T**  
Enīcūt quia scantentes in altum  
de facili cadunt. a qui se eleuant  
sub ostio buili facile caput ledūt

**I** De inuidia. Cap. xvi.

**I**nuidia est vt ait aug<sup>9</sup>  
odiū felicitatis alienē.  
Vel secundū iobānem  
dam. Inuidia est tristi  
cia de alienis bonis. **T**Dicit̄ āt  
inuidia a nō vidento. quia non

potest videre bona aliorū. Vnde  
displacentia boni q̄ ē inuidia p̄t  
notari p̄ visionem interiorē & ex  
teriorē. sicut vult Seneca dices.  
Quicquid mēte fugim? ingestū  
oculis vix videm?. **T**Quinq̄ fi  
lias habet inuidia secūdū Gre.  
**T**Prima ē odiū. quod ē velle  
malū alicui & nolle bonū. **T**Se  
cunda exultatio in aduersis p̄  
ximi. **T**Tertia afflictio in pro  
speris proxī. **T**Quarta susurra  
tio que ē detractio latēs. **T**Qui  
ta detractio. hec āt fit in apto in  
teditq; melior apparere illo cui  
detrabit. **T**Inuidia m̄ta mala  
facit. **T**De lumine cecatur. quia  
bona p̄xi vīdē nō p̄t. Vnde iui  
dus cōparat noctue & vespertili  
om̄ Aug<sup>9</sup>. Oculis egris odiosa  
ē lux. que puris ē amabilis. De  
vita moris Gre. Nam vīta for  
tiū roborat. puulorū necat. **Vn̄d**  
inuidū p̄at febricitati cui etiaz  
boni cibi sunt atrarij. **T**Deo cōtra  
riat. quia tā bonus est teus vē  
ait aug<sup>9</sup>. q̄ etiā de malis bonuz  
eliciat. Sed econuerso isti tam  
mali sunt q̄ de bonis malum eli  
cient. Itēz diuina bonitas om̄ia  
sua communicat. isti vero non.  
Item deo placet bonum hominis  
ac malum displicet. istis autem  
econuerso est bonum gratie & na  
ture peruerunt. Vnde sicut om̄ia  
munda mundis. sic istis om̄ia  
sunt immunda. & sicut bois  
mala cooperantur in bonum. ita  
inuidis bona cooperant̄ in malū

**V**nde tales cōuertunt aurum in  
cuprū · gemmas in lutuz · granū  
in paleam · vīnū in aquā · mel in  
fel · diē in noctem · gaudium in  
merorem · rosam in spīnā · balsa  
mū in sterquilinū · electuarium  
in venenū **T**lominē maledicit  
Ila. **N**e qui dicūt bonū malū **q̄c**  
**T**stultū efficiat Nīmis enī errat  
qui sibi idcirco vult vñū oculum  
erui **q̄** etiam alij vñus eruatur.  
Hic facit inuidus **q̄** diabolus. **q̄**  
per hoc **q̄** alijs iūident sibi magis  
nocent. **T**Auctore suū torquen  
do ledit. **H**eneca. **V**tinā inuidi  
in omnibus ciuitatibus aures **q̄**  
oculos haberet · vt de omnibz p  
fectibz torquerent. **P**roxim  
fraudulenter decipit. **V**nū inuidi  
comptatur cani qui blandit in fa  
cie et mordet a tergo. **I**te iude q̄  
osculo xp̄m tradidit. **I**tez homi  
psido qui ledit hominē qui nūqm  
eum molestauit.

**D**e ira. Cap. xvij

**I**ra est vt ait aug? . vi  
ciscendi libido **S**ecundū  
**C**assiodorū. Ira est mo  
tus animi concitatus ad penam.  
Nec est diffinitio ire p̄ vicū nō  
per zelū. **D**e qua **q̄** hic est agen  
dum. Ira igit duplex habet eē.  
scz esse nature **q̄** esse moris · pro  
ut ergo deordinat ab optimo bz  
esse morale quo vicū est · quia  
ira non est peccatum ratione p̄ue  
passionis · imo pena · sed cū hoc  
diat quandā actionē per quam

deordinat hominem · **q̄** quantū  
ad deum **q̄** quantū ad proximū  
**V**ult em̄ expetere a se vīdictā  
quam nō debet nisi a deo expete  
re · vel a iudice sub deo cōstituto

**T**trū at teneat aliquis remit  
tere iniuriaz inimico petenti nota  
distinctionē · quia ex iniuria so  
lent oriri tria **T**Primū est rācor  
in affectu · secundū rancoris sig  
num · tertīū est actio contra inu  
riantem · Primum tenetur quili  
bet statim remittere · etiam si non  
rogat · Secundū remittere vī  
am veraciter peteti · id est parato  
emendaē secundū facultatē suā  
**T**tertīū non tenetur remittere.

**T**Si vero scire volueris vtrum  
ille cui facta est iniuria beat a  
miciā querere · Scendū **q̄**  
duplex est debitum · Primum ē  
necessitatis siue quo non est sal?  
**S**ecundū est perfectionis ·  
Quantum ad primum debitum  
non tenetur quis reconciliatiō  
querere · Sed de secundo diat criso  
stomus · **q̄** talis debet reconcili  
ationem querere vt duplicez coro  
nam consequeatur. **V**nam · quia  
iniuriā passus est · Alteram · **q̄**  
prior rogavit. **T**Dominus po  
nit tres gradus circa reatuū ire cū  
diat · Omnis qui irascit frī suo re  
us erit iudicio · qui autē dixerit  
racba reus erit concilio · qui autē  
dixerit fatue · reus erit gelenne  
ignis. **D**e his dicendum **q̄** vbi  
crevit gradus culpe crevit aordo  
sententie. **V**nde recte ira sine vocē

## III

iudicio. Ira cu[m] voc[em] cōālio. Ira cum sermone cōtumelie gebene ignibus incipiat. Secunduz aug[ustinus]. eni[m] in primo est ira tantu[m] In secundo ira et vox. In tercio est ira et vox et certa expressio irritio[nis]. Dicat at Grego. q[uod] iudiciaz est cause discussio. concilium sententie diffinitio. gelenna ignis sententie executio. Notandum q[uod] reddere malu[m] pro malo est frigilitatis. sicut fecit ioab q[uod] nec fecit abner sciz interfectore fris sui asabel. Sed reddere malu[m] p[ro] bono est pueritatis. sic fecit iudas tradendo dñm. Reddere bonu[m] p[ro] malo est p[ro]fectionis. sicut fecit stephanus q[uod] p[ro] inimicis oravit. Reddere bonu[m] p[ro] bono est equitatis. sicut fecit assuerus q[uod] mardochaeu[m] honorauit. Filie ire secundu[m] grego. sunt septem. Prima est rixa. hec est voluntas audax vindicandi in iniuriaz facti p[ro]cedens. Secunda est timor mentis. hec est voluntas vindicandi fugiens aduersante p[er]ter esti matas inimicias. Tercia cōtumelia que est voluntas se vindicari p[ro] exprobratione malorum. Quar ta clamor. que est voluntas se vim dicans in exaltatio[n]e vocis p[ro] vituperiu[m] ad alioru[m] aures pueniens. Quinta indignatio. que est voluntas se vindicans p[ro] signu[m] molestie exterius declaratu[m]. Sexta blasphemia que est voluntas se vindicans p[ro] obprobrium deo vel sanctis illatu[m]. Ex ira veni

unt multa mala. Hospidu[m] spūs sancti perturbat. Vnde greg[orius]. Du[omi]na animu[m] pulsat scō spūi hospitiu[m] suu[m] turbat. Nā sicut in pace factus est locus dei. sic in discordia locus diaboli. Tales etiā fūt incendiarij domus dei Ps[almi]. Inciderunt igni sanctuaru[m] tuu[m] in terra. Vnde isti fūt similes draconi qui emitit ex ore ignē Quod dei est sibi usurpat scz vīdictā Ps[almi]. Mibi vīdictā et ego retrībuā ei. Talis se facit iudicē et deū vult esse tortore. sicut dicit aug[ustinus]. Dicat enim malus in orōibus suis. Vnde occide malu[m] inimicu[m] meu[m]. Rūbet tibi de[us]. Q[uod] ē vestrū ambo eni[m] estis mali. imo talis vult esse actor et iudex in eadē causa. Stultu[m] se deimirat. q[uod] p[ro] cor suu[m] mittit gladiu[m] vt ledat et feriat tu inimici. Immo si sapienter faceret prius se de se ipso vindicare deberet. irā scz p[ro] zelū aduersorū irā suā p[ro] viciū assumēdo. Limā purgacōis ouertit in rubiginē separatiōnis. Aduersitates emi que ipsu[m] deberet a pccō mūdare p[ro] impatientiā magis inquinat. et for nax mutat eis aurū i cupru[m] et flagellum ex grano facit paleaz. Duram sententiā expectabit in iudicio. cū emi dñs imprōperabit qui busdam nudus fui et non coope ruistis me. Quid dicturus est istis qui non solum nudos nō vesteunt. sed etiam vestitos spoliant. Hellum mundi. carnis. et diaboli contra se instaurant.

Sed sapientes sedant minores  
guerras ppter maiores que immi-  
nent. Item malam faciunt comu-  
tatione. quia auferenti pallium bo-  
ne fame dant tunicam innocentie  
Remedia ire sunt silentij obser-  
uatio. Prouer. Cum defecerint  
ligna extinguet ignis Preterea  
sicut ex collisione duorum corporum  
elicet ignis. Sic ex amaris ver-  
bis aliquorū ira Prouer. Respō-  
sio molis frāgit iram. sermo du-  
rus exātat furorem Idem. Qua-  
si qui canem auribus aē. Domi-  
nicae passionis cōsideratio. Greg.  
Si passio dñi ad memoriam reuo-  
cet. nibil adeo durū qđ nō equa-  
nimit toleretur. Hoc signatur  
Numeri. ubi respicientes serpēte  
eneū sanabant. Premj toleran-  
tie animaduersio Vnde Grego.  
Consideratio premj minuit vim  
flagelli.

De Accidie. xvij.

**A**ccidia est de virtutum  
laudabili exercitio utri-  
usq; bonis languida teie-  
cio. Tē alia diffinīcō. Accidia  
est diffidentia de ppteris viribus  
auxilio dei implendi ardua.  
Duo nomia sūt hui? vicij scz  
tristitia accidia. Horū autē no-  
minū hec est ratio. q; in isto pec-  
cato ē auersio a spūali bono qđ  
estimat̄ graue. sicut est ieūna ē  
a hui? modi. a ratione hui? di-  
tur tristitia. est etiā ibi cōuersio  
ad creaturā scilicet ad quietem.

que estimatur leuis. a ratioē bu-  
ius dicit̄ acādia. Datet ex his  
q; hoc viā p̄t vocatur tristitia  
opponitur letiā spirituali que ē  
in exercitio spirituali. Sed pro-  
ut vocatur accidie oppotuit for-  
titudini que consistit in aggredi-  
endis arduis a sustinēdis aduer-  
sis. Accidie denominatur ab ace-  
dime. quia per eam habet anima-  
tedium de omni spirituali diffici-  
li. Accidie secundū Grego.  
sex habet filias. Prima vo-  
catur malicia. que est secundū Au-  
gustinū voluntas machinandi  
malum alicui. Cum enim quis  
inuriatur alicui tūc irascitur et  
postea tristatur. Secunda de-  
speracio. quia diffidentia merito  
rum mater est diffidentie premi-  
orum. ex quo iterū oritur tristi-  
tia. Tercia pusillanimitas que  
nascitur ex diffidentia prouemi-  
ente ex consideratione ppter infir-  
mitatis vel operis arduitate.

Quarta rancor qui est inuete-  
ratum odium. sicut enim ex cari-  
tate sūt opa bona ex quib; ē co-  
firmatio caritatis. ita ex ira ē ac-  
cidia. ex accidie vero vextas  
ire. Quinta torpor circa p̄cepta  
id ē quedā insensibilitas ppter quā  
homo nō potest induci ad execu-  
tionē mādatorū dei. Sexta euā-  
gatio mētis circa illāta. hec atē e-  
uagatio qnq; ē p̄icularis. a cer-  
tā b; materiā. hic dicit̄ oībo vi-  
cīs. qnq; ē generalē a icertitudi-  
nalē. hec ē ppter euagatio accidie.

## III

63

Qui enim absorptus est tristitia.  
non habens in se ubi delectetur.  
euagaf ad omnia querens delectationem. **T**Ex accidia eueniunt multa mala. Preceptum domini negligit. **G**enesis In sudore vultus tui. **M**aledictio none incurrit. Exemplum de fico cui dominus male dixit. quod folia tantum habuit. **D**iscrepat a ceteris creaturis. Exemplum est in corporibus immatis. sicut in sole et luna que quotidie mane surgunt et finitum cursum suum. Ideo patet in corporibus animatis. sicut sunt arbores et herbe. que licet in hieme nuda sint. tamen virtutem seruat. et tempore suo redit ad consueta. Id est ostendit in sensibili. Prouer. Vade ad formicam et ceterum. Preiosum tempus perdit. quia nihil eo pretiosius est. quia brevi hora posset quis obtinere veniam et gram agloriam. Et tamen secundum bernardum nihil vilius reputatur. quia dicunt homines ociosi. Venite deducam tempus. Spuale lucrum negligit. quia qui non mercatur in nundiis. postea non habebit. Prouer. Propter frigus piger arare noluit et ceterum. **I**nstanta viciorum colligit. Prouer. Per agrum bovis piger transiui. et ecce totum replete sunt vertice. cooperuerat superficiem eius spina. Nota quod aqua corripitur quiete. et ferrum contra bit rubiginem. et porcus mactanus permititur in quiete pingue scire. **V**locum diabolo preparat.

**H**omo ociosus est quasi pulvinus diaboli. et ollam tepidam libenter insidet que feruentur. sicut in temptationibus patet. **V**nde legitur in collationibus patrum quod monachum operante unus demon pulsat ociosum innumerum. **O**ciositas enim est nutrix cogitationum. magistra dissoluitionum. mater nugarum. nouerca omnium vitudinum. **E**st enim homo accidiosus quasi viribus absque mutorum ambitione. et quasi signum positum ad sagittam. **M**orem pervertit. quia vult mettere et non seminare. sicut cattus qui libenter pisces comedit sed eos non libenter caput. **H**enry. **I**ncertum est quo loco mors te expectat. ideo tu illam in omni loco expecta. **F**urez fodientem parietem non repellit. quia mors sur est et quotidie tollit unum ales serem. id est unum diem. **M**atth. **D**i sciret utique paterfamilias quae bona et ceterum. **R**eceptaculum sordium se facit. **Bern.** Omnia temptationum sentina est ocium. Ipsum enim est occasio luxurie. **R**egum. Factum est eo tempore quo reges solent ad bella procedere et ceterum. **I**tem occasio est nugarum. **Act.** Athenienses ad nihil vacabant et ceterum. **I**deus occasio est curiositas. **Thimo.** Discunt circumire domos et ceterum. **S**tultitiam ostendit quia tonitrua audiens non surgit. Tonuit autem christus in cruce scilicet in passione. et in predicatione. Etiam tonabit in die iudicij

**T**Item stultus est qui immūdi  
cas de oculo non ejicit. Mathei.  
Stulte ejice primum trabem de o  
culo tuo. **A**d celestia venire ne  
glijit. quia vix ad locum quis  
peruenit qui vnum pedem mouet  
bodie et post annum mouet aliū  
sicut et illi quorū motus ē pes in  
tellectus et non pes affectus cū  
tamen sit affectibus ambulādū

**D**e auaricia. Cap. xix.

**A**varicia ē ut ait tullius  
immoderat amor habē  
di. **I**te auaricia est secū  
dum bernardū quarūlibet rerum  
insatiabilis et in honesta cupido.  
**A**uaricia secundū aplm dicitur  
idolorū seruitus. quia homo aua  
rus exhibet creature quod debet  
creatori. scz fidem. spem. et dile  
ctionem. hoc enim auari exhibit  
pecunie. **T**In hoc ergo speciali  
ter reprehendunt isti qui rei vilis  
sime amorem suū exhibent. scilicet  
pecunie q̄ de terra tollit. quā  
natura insimā ordinavit. **D**i  
cit i Eccō. q̄ auaro nibil est sce  
lestius. et hoc est ppter quatuor  
causas. **P**rimo quia omnia fe  
re scelera ppter auariciā perpetra  
tur. vt furta. homicidia. piuria.  
et huiusmodi. **S**ecundo quia  
contra legē ē natuē. Lu. Quecū  
q̄ vultis vt fa. w. bo. ac. **T**er  
cio quie cōtra legē scriptam est.  
Lu. Estote misericordes sicut et  
pater vester misericors est.

**T**Quarto quia cōtra legē est v  
niuersalem que est in omnibꝫ re  
bus que appellunt se dare. Aua  
rus vero q̄si captiuas detinet res.  
ne se cōmunicare possint. **V**trū  
autem cuiqm liceat tbez auroſ eo  
dere notandū est q̄ est thesauri  
zae ex affectu auaricie absq; ei  
intentione necessitatis prie vel a  
liene. et hoc mō thesaurizare om̄i  
bus est pbibitū. **A**lio mō the  
saurizare est ex prouidentia. et  
hoc vel consideracōne necessitatis  
cū sic conceditur pntibus seculari  
bus ob necessitatē filiorū educan  
dorū. vel filiarū iugio trateda  
rum. nō autē ditandarū. sed ser  
uato modo et statu persone. Vel  
thesaurizare est ex consideratio  
publice vtilitatis. scz regni defē  
ndendi. vel cultus dei ampliādi  
fic concessum est regibus thesau  
rizare. Personis vero ecclesiasti  
cis nunq; thesaurizare licet. neq;  
pecunia tenere intentione seruan  
di Ambro. Aurū babet ecclā nō  
vt seruet. sed vt eroget. **E**x  
predictis patz q̄ duplex potest  
esse amor pecunie siue tpaliū. scilicet  
respectu necessarij vel respe  
ctu supflui. **C**ontra primū pbi  
bet dñs prefocantem sollicitudinē  
**C**ontra secundum probabit the  
saurizationē. **A**uariciā sequū  
tur m̄ta mala. Primo q̄ a deo  
maledicit. Aug. Maledictus  
dispensator auar. cū illi larg  
fit dñs. **H**emp eget Diero. A  
uaro tā deest qd bz qz qd nbz.

**S**tultus mercator est qui regnum celorum immo ipsum christum vediit p paucis denariis . et i hoc sepe peior est auarus homo qz ipsi iudas q triginta denariis cibristum vendidit . iste autem inter dum pro uno denario **T** Corp? euiscerat . quia diuitie acquirunt cum labore . possidetur cum timore . amittuntur cum dolore **Vnde** ipsi laborant et alij labores eorum sepe intrant . scz fures vel raptore? vel certe mali filij **I**sti similes sunt aranee . que faciendo telaz pro capienda musca se ipsam euiscerat **T** Mensem suffocat Aug? **N**aufragium fugis et plumbū amplecteris . **Vnde** socrates massaz argenti projiciens in mare dixit . Mergam te ne mergas me **T** Inquinat Exo . Filii israel seruabant in luto et latere . **T** Executus exemplū in thobia . qui exectus est stercore birudinū . **C**ordilacerat . **Vnde** diuitie comparatur spinis **T** Insaciabilis ē . **Vnde** comparatur sacco ptuso et inferno . qui nūqz dicit sufficat . et mari cui omnia influunt et tamen non redundat . et idropica qui quanto magis bibit . tanto magis fitit . **T** Filie auaricie secundum gregorium sunt septē **P**rima obdurate cordis q fit omittendo . **I**sta filiam vocavit Isidorus inhumanitatem . **T** Secunda violētia **H**ec fit nocendo alicui palam p facta mala . quā vocavit Isidor? rapacitatem **T** Tercia inquietu

do . hoc est appetit? laeti **Q** uarta periurium quod sepe inadit i emptione et vendicōne . **T** Quinta fallacia que fit per verba deci piētis i occulto **T** Sexta frau? hoc est deceptio per facta . et hoc fit in presentia illius qui decipit **T** Septima probitio que ē id est qd deceptio . que fit in absentia decipi.

**D**e gula. **C**apitulū. xx

**G**ula est ut ait augustinus immoderata cibi aviditas Item gula est vorax et adictas nature finibus non contenta . **T** Quinq; modis peccatur circa gulam ut dicit Grego . **T** Primo cum quis horam comedendi preuenit . ab hoc fit ppter impatientiam expectandi tempus debitū . **T** Secundo cum quis q rit cibaria preciosa et delicata De quibus ovidius . Est virtus placitis abstinuisse bonis . Sed contra hoc fecit diues ille qui epulabat quotidie splendide . **T** Tercio qn quis mensura excedit scz nimis comedendo **T** Sciedū at q vni ē mediū et mensura debita qd alteri ē excessus nimis **V**n mensura non consistit in cibi qntitate . sed in comedentis qualitate **V**erūtamē qdā suū ieiunū recopēsat postmodū nimietate supflua . sed qd ē hoc aliud qz dare duos obulos p uno denario **Q**uarto qn qz nimis adest a festie comedit . n eivs? cibariorū . sed cōcupiscēta i viō est .

**T**Quinto qn̄ quis nimis studio  
se sua cibaria p̄parat. **Vñ** Her.  
Nō sapoēs sed fames exāctet ap  
petitū. In omnibus bis sumēda  
sunt nō que voluptas sed que re  
quirit nc̄itas. **T**Contingit eti  
am peccatū eē circa diminutionē  
cibi. sicut circa supfluitate. **T**Si  
lie gule sunt quinq; secundū gre  
go. videlicet scurrilitas. qz gu  
la mouet ad verba scurrilia **M**e  
tilo quiū. scz detractō. vituperia  
a alia wrba inania **I**nepita leti  
cia. id est lascivia carnis. siue ge  
stus corporis inordinat? lascivia  
mētis demōstrās **I**mmūdicia sci  
licet que solet puenie ex gula ut  
est vmitus a eructationes feti  
de a luxurie. Ebetudo mentis id  
est subuersio rationis. **T**Gula  
duo complectitur scz comedacō  
ne a ebrietate. a pprie loquendo  
parsimonia opponit comedaciō  
sobrietas vero ebrietati. **T**Gula  
nocet multipliciter. **D**e padiso  
enīt hōiem. exemplum in adā.  
Spiritualia bona p̄dit. exēplū  
in esau. qui p̄ cilv vendidit p̄mo  
genita. **D**iabolo comum prepa  
rat. exemplum in euāgelio Mit  
te nos in porcos. **H**eruu cōtra se  
animat Prover **R**ui delicate nu  
trit serum suum sentiet eum cō  
tumacē. Luxuria inducit. exem  
plū de lotb. **D**omicidia p̄ficit ex  
emplū i iohāne baptista qui in  
coniūcio perīt. Inducit mortem  
nature. Proverb. Prop̄ crapu  
lā multi perierūt. Gen. quacūq;

bora co. e. Inducit mortē culpe.  
**A**p̄lus Vidua in delicijs viues  
mortua est. Inducit mortē gehē  
ne. Luce. Diues epulo sepultus  
est in iferno. **R**emedia gule  
sunt quatuor. **P**rimū est spi  
ritualium cibariorū frequens fū  
ptio. Matb. Nō in solo pane vi  
uit homo. **S**ecundū future car  
nis nostre consideratio. Diero?  
De facili cōtemnit omnia qui se  
semper cogitat morituru. **T**Ter  
ciū eterne cene meditatio. Luce.  
Homo quidā fecit cenā magnā  
**T**Quartū famis xp̄i fūtoruz p̄  
satio. Treno. Recordare paup  
tatis mee absintbeia fells.

**D**e Luxuria. Ca. xxi.

**L**uxuria est ex imūdis  
desiderijs venienti lubrica  
mētis a carnis prostitu  
tio. **T**Itez luxuria est libidino  
se voluntatis appetitus. a intelli  
gas bic appetitum qui est ex cō  
sensu rationis. quia talis appeti  
tus est mortale peccatum. **D**ia  
lur etiam mortale peccatum quā  
do ratio non cohabet huiusmodi  
appetitū cū possz. **T**Differētie  
luxurie sūt octo. **P**riā ē form  
atio q̄ ē soluti cū soluta. **S**ecū  
da ē meretriciū qd fit duplicit  
scz p̄ vagā libidinē cū diuersis  
peccado. vel cū publice venali cō  
cubendo. **T**Tercia adulterium  
quo coniugalis thorax vialotur.  
**T**Quarta stuprum quo vir  
ginalis integritas corrumpitur

**T** Quinta sacrilegium que cōti  
nentia deo sacra laedit ut in reli  
giosis et clericis in sacris ordini  
bus et in his qui emiserunt vntū  
continentie. **T** Sexta incestus  
quo vnculum consanguinitatis  
vel affinitatis vel cōpatnitatis  
corruptit. **T** Septima peccatum  
contra naturaz siue zodomia quo  
naturalis vhus coeundi puerit  
**T** Notandum autē q̄ aliquid ē  
contra naturā speciei. aliquid cō  
tra naturā generis. **T** Primo mō  
omne peccatum mortale contra na  
turam est. quia in rationali crea  
tura remurmurat sinderis cōtra  
omne peccatum. **T** Secundo modo  
peccatum zodomie contra naturā  
est. quia nō solum in homine sed  
etiam in brutis diuersi sexus in  
coitu cōueniunt. **Vnde** si alio mō  
fit contra naturam generis est.  
**T** Octaua est libidinosus coit  
coniugalnis qui multipliciter acci  
pitur. Coitus enim in cōiugalio  
alius est licitus. alias fragilis.  
alias impetuofus. **T** Licitus tri  
pliciter fit. ut qñ fit causa prolis  
ad cultum dei. vel causa reddendi  
debitum. vel causa fornicationis  
vitande non in se sed in coniuge  
Primus est pietatis. scđs iusti  
cie. tercius cautele. et in his nullū  
dictatur peccatum esse. **T** Fragil  
est qñ fit causa delectationis et  
tunc distinguit. qz si amor illius  
delectationis p̄ponitur deo mor  
tale peccatum est. **S**i vero post  
ponit veniale ē. **T** Impetuofus

est qui ex sola libidine p̄uenīo  
metas honestatis et racōnis trās  
cendit. qd̄ fit quiq̄ modis. Pri  
mo causa satiande libidinis p̄ me  
reticias blandicias. **S**ecundo cum  
fit contra naturalem moduz. Ter  
cio cum fit tempore prohibito.  
Quarto cum fit loco prohibito.  
Quinto cum acceditur ad preg  
nantem vicinā partui. vel q̄ est  
in fluxu mēstruoso. **T** Filiellux  
urie sunt octo scđm Gregorium  
Prima est cētas mentis. qui a  
scđm Aug. in opere luxurie to  
ta ratiō absorbetur. **T** Secunda in cō  
sideratio. sciz mortis et inferni.  
Tertia in constancia scz ad cogi  
tandum et desiderandum nunc  
istud nunc illud. Quarta amor  
sui. scz quo aliquis desiderat lon  
gam vitam ad hoc vt luxuriādo  
expleat voluptatem suā. Quinta  
precipitatio qua quis precipita  
ter currit ad peccandum exponēs  
se periclo mortis p̄fer luxuriā  
facendam. **T** sexta odium dei. qd̄  
fit. quia de⁹ abstrabit se ab eis.  
et punit eos qui sequuntur carnis  
delicias ad quas inclinat luxuria.  
Septima affectus p̄ntis séculi  
scz appetitus honorū diuidiarum  
saitatis. fortitudis et huiusmōi.  
p̄ que luxuriosus finez suū conse  
quitur. **O**ctaua est desperatio fu  
turi seculi que est diffidēa glē  
vel remie cōsequente. et hoc est  
filia luxurie cōsummate. **T** Lux  
uria nocet multipliciter. **D**eo est  
contumeliosa. qz templum eius

inquinat. **D**emonibus placata.  
**J**ob. rebemoth dormit in locis  
humenitibꝫ. **S**ubiecto p̄prio no-  
cua **A**p̄lus. qui autē fornicatur  
peccat in corpus suū. **P**roximū  
scādālizat **O**see. facti estis laq-  
us speculationū et rete expan-  
sum sup̄ montem thabor. **A**nimā  
p̄priaꝫ damnat. **i.** **R**egum xij.  
nō recedet gladius meꝫ de domo  
tuā. hoc dicātur ad dāuid ppter  
bersabee. **V**ilissimo dño subiāt.  
scilicet carni et sensualitati **G**en.  
quia audisti vocem uxoris tue  
plus qz me. maledicta terra in  
opere tuo **M**ente infatuat **O**see.  
**V**īnum et mulieres auferunt cor  
**T**remedia luxurie sunt occasi-  
ones fugere **J**ob. pepigi fedus  
cum oculis meis **P**roubiorum.  
Qui tangit picem inquinabitur  
ab ea **E**cā. qui tenet eam quasi  
qui apprehendit scorpionē **M**or-  
tis extrema cogitātē **P**roubiorū.  
**F**ili memorare nouissimā tua et in  
eternū non peccabis. **D**e se nō  
presumere. qz dāuid cēdāt sanc-  
tissimus. salomon sapientissimꝫ.  
sampson fortissimꝫ. frequenter se  
occupare **D**ieromimꝫ. semp̄ ali-  
quid opis facio ut diabolus oc-  
cupatum te iuemat. **C**arnē do-  
mare. **E**uan. hoc genus demo-  
nū non eiātū nisi in orationibꝫ  
et ieiunio **T**emptacioni in princi-  
pio resistere **G**en. ipsa conteret  
caput tuum.  
**V**ñ septez vida sint mortalia  
vel venialia **C**apꝫ. xxij.

**O** **A**ttia peccata predicta  
qz quis semp̄ sint peccata  
nō tñ semp̄ sint morta-  
lia **V**n̄ videndū est qn̄ vñūqz qz  
fit mortale vel qn̄ veiale. **V**ana  
glā igit ex gñe est veiale. qz ge-  
nus opis sumit ex obiecto. va-  
num autē scdm se nō est obiectū  
mortalis peccātū sed veniale. **V**nde  
cū vana glā fit bꝫ peccātū obiectū  
patet qz non sp̄ est mortale pec-  
catū. **E**rit tñ vana glā mortalis  
dupliātē. scz rāone finis ppter  
quā laus appetit. opus namqz  
tale est qzle est illud ppter qd ap-  
petit. **I**te rōne opis in quo laus  
querit. **C**irca p̄mū ergo dicend  
qz qduplici fine laus appetitur  
**P**rimo ad vitādū malū in famie  
sic samuel se laudauit. **i.** **R**eguz  
**S**cđo ppter vtilitatē aliquz spū  
alem. vt est glā dei vel edificatio  
pximi. sicut **P**aulꝫ se cōmenda-  
vit **j.** ad **C**or. **T**ercio ppter lu-  
crū auaricie. sic pharisei qz deuo-  
rabant domos viduaruz simulan-  
tes longam orōe **M**ath. xxij.  
**Q**uarto ppter aliquē actū veni-  
alis peccātū. sicut qn̄ quis laudari  
vult. eo qz venialit in laude selec-  
tet. **P**rimū est piudēcie. scdm  
est caritatis dei et pximi. **T**erāū  
est peccatū mortale. **E**t idez intel-  
ligendum est qn̄cumqz mortale  
peccatū ponit finis alicuiꝫ opis  
**Q**uartū est veniale. **T**equit  
scdā causa qre vana glā fit pecca-  
tū mortale. scz rōne opis p qd  
laus appetit siue queit. hoc autē

## III

66

potest fieri tripliciter. quia laus q̄nq; querit p̄ opa illicita. q̄nq; p̄ opa ex se indifferētia. q̄nq; p̄ opa virtutū. **T**hi p̄mo mō sic ē tale peccatū quale ē illud illicitū sc̄z mortale vel veniale. **H**ic sc̄do mō sic est peccatū veniale vt br̄e diuidas vel vestes p̄ciosas. cū abusu talium in laudez Verūtamē si talia de se sūt ordinata ut sine occasio mortalis peccati. sc̄z q̄ mulier cū ornatu meretricio ad capienda aiās iparatur. vel si fac tum illud ē illicitū ex p̄bibōne supioris vt tornearia et h̄mōdi cum accederet preceptū ecclēsie sic sūt peccata mortalia. **T**hi sc̄do inō id ē si laus querat p̄ opa virtutū. hoc dupliquer. q̄i vel appetitus laudis adiungit op̄i virtutis tanq; inādens. sicut cōtingit in cantu vel in p̄dicatione q̄nq; tūc est veniale. **V**el laus est finis pri capaliter p̄stitutus op̄i v̄tutis et op̄anti. ita q̄ ibi cōstituit finem ultimū et sic est mortale. q̄i tune imberet ei vt fini vltiō. **N**ota q̄ maius est peccatū gloriari de bonis sp̄ualib; q̄i de bonis tp̄alib; q̄i minus h̄nt motiuū eo q̄ minū apparet extra q̄i tp̄alia. **T**inuidia ex suo genere est mortale peccatū. q̄i cū inuidia sc̄dm Re nūgium est dolor de alieno bono contrariaf directe caritati que non emulat sed congaudet veritati. **C**or. xij. Caritati vero nihil ē contrariū nisi mortale peccatum. tū illud q̄d ex gn̄e est mortale

potest esse veniale inquātū vel in p̄mo motu cōsistit. vel extra suā rāconem trahit. **D**olor ergo de alieno bono est q̄druplex. quia vel est p̄mo p̄mus motus ex natura veniens. sicut quidā nāliter inuidi sunt et hoc nullū est peccatum. cū nullo mō sit in p̄tate nrā. **V**el est sc̄do p̄m?. q̄i sc̄i appetitus sine cōpleta deliberaōe tali passione afficitur. et sic est veniale peccatum. **V**el est actus volūtarius cum deliberaōe. et sic ē mortale peccatum. **V**el trahitur p̄ intencōnem extra suam rāconem ut quando dolor de alieno bono surgit ex causa bona. sicut q̄i dolor aliquis de bono tempali alterius. quia r̄i xt illud redundare in detrimentū anime sue. vel eiā in detrimentū cōmunitatis. et talis est dolor bonus. q̄i maius bonum magis est appetendum.

**T**Notanduz vero q̄ p̄ dolorem boni cōprehenditur gaudium de malo quod ex ipso causat. **I**ra ex suo genere est peccatum mortale. quia sc̄dm Cassio. Ira est motus animi cōcitatus ad penā p̄uocanti inferendaz. **T**alis aut̄ motus contrariatur caritati que non irritatur. nec cogitat maluz i. Corintio xij. xiii. Ira igit̄ vel dicit iram zeli q̄ est detestatio vicij. et hoc non est peccatum sed est p̄fectionis. potest etiam sibi quis p̄ bunc moduz irasci. sicut dicit glosa sup̄ illud psalmiste. **I**rascinimi et nolite peccare ac.

i. ij

Quid est inquit homo penitens nisi irascens sibi? Vel dicit remissionem affectus circa proximum p[ro]pter quā homo non dolet de malo proximi. nec gaudet de bono eius. si et ceterum non doleat de bono. nec gaudeat de malo eius. sed est ei indifferens. et sic non est mortale sed est imperfectio caritatis. Vel dicit actualē impatiētiā absque appetitu vindicē. et talis motus ceterā deliberautiū est veniale peccatum. qui habet incompletam rationem ire. sicut patet ex supdicta diffinītione. Vel dicit impatientiā cum appetitu vindicē. Et hoc est tripliāter. quandoque enim hoc est a natura. sicut in melancolicis in quibus secundum philosophum continetur mordet natura. propter quod semper sunt turbulenti. et sic nullum est peccatum cum sit motus naturalis. Quandoque est ab appetitu indeliberato. et tunc est veniale. sicut alij primi motus. Quoniamque est a voluntate deliberautiū. et tunc est peccatum mortale. Accidia ex genere est veniale peccatum. quia secundum Augustinum. Accidia est tedium eterni boni. hoc autem non opponitur caritati. sed dicit diminutionem feruoris caritatis in quo consistit omne veniale. Istud ergo tedium vel est motus naturalis. et sic nullum est peccatum. Vel est motus appetitus contrariati de opere spirituali laborioso. et sic est veniale quoniam ceterā appetitus ille sit deliberautiū. qui consen-

sus in veniale non est nisi veniale. Accidia vero sicut dictum est ex genere et per se venialis est. Vel hoc tedium redundat in omissione eorum que sunt necessaria salutis. et tunc est mortale. Si autem tedium illud ex omissione boni et difficultate aggrediendi bonum duicit in desperationem tunc iam accedit ad peccatum in spiritu sanctum. et si tedium illud ita crescit quod ceterā duicit in tedium vite intantum quod iniicit sibi manus. tunc iam similius erit iudeus qui laqueo se suspedit. Avaricia secundum Iulium est immoderatus amor habendi. Et hic consistit vel in appetendo vel in acquirendo. vel in retinendo. Si primo modo hoc est quinq[ue] modis. Primo qui appetit aliena appetitu completo. qui procedet in opus si adesset facultas. sic est mortale peccatum. Secundo qui appetit illicita voluntate completa ut si aliquis indignus conatur beneficiū ecclasticum adipisci. sic iterū est mortale. Tertio si appetit talia siue sint aliena siue illicita cum voluntate conditionata scilicet si posset habere sine offensa dei ac iniuria proximi. et tunc vel nullum vel veniale peccatum est. siue talem conditionem actu aliter addat. siue habitualiter eaz intendat. Quarto si simpliciter appetit habere superflua et hoc appetitu suffocante mentem a cura siue a consideratione diuinarum. et hoc est peccatum mortale.

## III

67

Quinto si superfluo animo inheret  
materialibus. tamē infra dei amore  
hoc veniale ē. **T**hi autē auaricia  
consistat in acquirendo hoc est tri-  
pliciter. quod vel acquirit res iustae  
quocūq; modo. et tunc est mor-  
tale. **V**el acq̄rit res p̄ tale opus  
aut artem aut officiū qd̄ per se  
mortale peccatum est. si etiā effz  
sine lucro et tunc est mortale.  
**V**el acquirit talia p̄ opa illicita  
que sunt veniale peccatuū. vt cū  
quis verba iocosa cōponit ad lu-  
crum salua tamen honestate. et  
hoc est veniale. nisi aliquis ppter  
delectacionem dissolutionis tota-  
liter det se talib;. tunc enim est  
mortale. Dico autē ppter delecta-  
cionem. qd̄ si aliquis ppter necessi-  
tatem per talia sustentationem  
sibi cōquireret cum aliā artem  
lucrosam nesciret. nō reputarem  
eum in statu damnatorum. **T**  
Si autē auaricia consistat in reti-  
nendo. hoc potest esse quinq; mo-  
dis. **P**rimo qd̄ retinet scienter  
ea que restituere tenet. et animo  
retinendi sic est peccatum mortale.  
**T**secundo quia retinet ea que ad  
necessitatem suam p̄tinent et suo  
rum. vel ad cōseruacionem statu-  
sui et suorum scđm qd̄ decet suaz  
dignitatem hoc non est peccatum  
**T**tercio quia retinet superflua  
respectu vtriusq; iam dictorum  
et hoc tempore extreme necessita-  
tis alicuius. sic est peccatum mor-  
tale. **Q**uarto quia retinet sup-  
flua etiā c̄tra extremā necessita-

tem ex insatiabili cupiditate. sic  
est mortale peccatum. **P**recipuum  
autē signum talis affectus est  
qd̄ aliquis p̄cūs res putrescere  
sunt apud se qm̄ utiliter alijs dis-  
penset. **T**quito quia retinet su-  
perflua quedam ex mordinato  
amore temporalium per quem mo-  
dicum deficit a medio largitatis  
salvo tamen statu virtutis. sic ē  
veniale. **N**ota qd̄ auaricia ex  
genere est mortale peccatum. qd̄  
ab Apostolo idolatrie compat̄.  
non qd̄ sit de spece illius cum nō  
habeat actum eius. sed quia ali-  
quid simile facit idolatrie. scilicet  
seruiendo creature pociūs qz cre-  
atori. **T**Gula est ex genere veni-  
ale peccatum. quia appetitus co-  
medendi ex sua ratione subiacet  
domino voluntatis. **G**ula est in  
moderatus appetit̄ etendi. qd̄  
esse potest quicq; modis. **P**rimo  
si est ibi solus appetitus cibi et  
hoc nunq; est peccatum. nec etiā  
delectatio cibum consequens est  
peccatum in quantum ordinatur  
contra defectum sibi contrariuz.  
huc enim pure sunt naturalia in  
quibus nec est meritū nec deme-  
ritum. **T**secundo si appetitus ne-  
cessitatis adiungitur appetitus  
delectacionis et voluptatis ex ci-  
bo hoc est veniale peccatum. **T**  
**T**ercio si est ibi transgressio pre-  
cepti vt cum aliquis sine necessi-  
tate soluit ieiunium ecclesie. vel  
quādo religiosus comedit carnes  
cū hoc in suo ordine sit prohibitus

sub p̄cepto. sic est peccatum mōtale. **Q**uarto si appetit? edendi est cū libidine. vt quando nimio et finali affectu inberet delecta cōmīc̄bi. et hoc est peccatum mortale. **Q**uinto si ducitur in cōsuetudinez talem que facit totam vitam hōis delectacōmib⁹ huiusmodi deputari. hec tam viāna sunt mortali peccato q̄ ebrietas ab apostolo int̄ mortalia peccata cōputatur. **E**brietas tamen q̄nq; est vēmale peccatum vt quando ultra necessitatem quis accipit se cunduz mensuram tamen p̄ceptibilem. **Q**uando vero quis egreditur a mensura p̄ceptibili sc̄dm rācōnem benē ordinataz ad discernenduz et hoc in tali mensura ex qua euertit⁹ status mentis effrenata libidine quādo hoc deo ipso tuit tunc peccat mortalit⁹. **P**i q̄s autem alium inebriat. ita scilicet invitans eum ad potum vt inten dat statum mentis eius euertere et hoc facit in eius nocumentum peccat mortalit⁹. quia magis affert ei. q̄z si auferret aliquod tempore. quia usum racōnis ei tollit. **L**uxuria ex suo genere ē mortale peccatum. q̄ est contra illud p̄ceptum. non mechaberis. **C**oncupiscentia luxurie distinguitur quinq; modis. **P**rimus est cum cōcupiscentia cōsistit in p̄mo motu tm̄. et sic est vēmale peccatum. **S**econdus est cum sequit⁹ consensus in delectacōnem. licet non in opus. et sic est mortale

mundum sepulta . Circumcidit  
ibesum non solum circumcisione le-  
galis sed etiam spirituali . Unde  
possimus circumcisiones domini  
quadruplicem assignare . Primo  
circumcidit eum pater in natu-  
rite cultello paupertatis . Secundo  
circumcididerunt eum sui parentes

octauo die cultello legis Tercō circumcidit seipso in omni vita sua cultello humiliatis . Quarto circumcidit eum iudei in passione cultello crucis . et hoc per milites pilati . Circumciditur etiam ihesus in suis quodupliciter . Primo p detractores qui auferunt animos et famam . Secundo p raptiores qui auferunt bona temporalia . Tercio p hereticos qui auferunt animam . Quarto p tirannos qui auferunt corpus . Circumcisio nostra spiritualis duplex est . Prima mentis in pnti a culpa . Secunda corporis in futuro a pena Prima signata est p circumcisio nem solemne quod facta est in egipto . Et hoc triplex est sciz in capi enciu a viciis cultello iusticie . Item proficienciu a supfluis cultello misericordie Item pfectorum a necessariis cultello caritatis pfecte . Secunda signata est per circumcisonez factam in terra pmissionis in galgal . quod octaua resurrectionis p petram christum circumcidemur ab omnibus miseriis Ex quo patet quod efficiator est nostra circumcisio spiritualis quam iudeorum carnalis . quod illorum circumcisio licet peccatu originali tulerit . tamen paradisi ianuam non aperuit sed nostra utrumque facit . In hac materia duo nobis tanguntur . Primum est christi humilitas in circumcisione Secundum est eius sublimitas in nominis in positione Vocatum est inquit no

men eius Ihesus . Dignitas autem huius nominis est multi plex . est enim ab eterno consecratum ut dicit Bernardus . Ab antiquo prefiguratum . scilicet in Iosue . Apparet desideratum Isay . Non men tuum in desiderio anime . Ab sanctis patribus prophetatum . Bernardus . Dulce nomen ihesus prophetatum salomonis oraculo Ab deo nominatum Apostoli . Dedit illi nomine quod est super omne nomen Ab angelo prenuntiatum ut legitur in Luca . Ab beata virginem predicatum Luc . Sanctum nomen eius . Ab apostolis magnificatum Actu . Ibant apostoli gaudent . ac . Ab martiribus testis factum . quod p nomine isto passi sunt Ab confessoribus collaudatum Psalmista . Laudate pueri dominum Ab sanctis virginibus pregustatum Cantu . Oleum effusum nomen tuum . Bernardus . Ihesus est mel in ore . melos in aure . iubilus in corde Ab omnibus sanctis exaltatum . ps . Magnificate dominum me . ac . Petrus . Non est aliud nomen super terram in quo oporteat nos salvos fieri . In hoc nomine ihesus sunt quinq; littere que possunt esse initia stellarum dictionum . Iocunditas merentium . eternitas viuentium . Santitas languentium . Veritas egentium . Societas esurientium . Doc nomen ihesus christi conuenit duplicitate . scilicet ratione nature ut quod ex diuina natura est salvator ; auctoritate et ex

humana natura ministerio. ecclā  
vendicaret sibi nōmē saluatoris  
Racōne decentie q̄ decuit vt ex  
re nōmen haberet. Vnde quia sal  
uat a peccato. a diabolo. et ab  
inferno. merito nōmē babet illi  
beneficio cōgruens. Racōne esti  
cacie. quia christus nos sua pas  
sione saluauit.

**D**e baptismo xp̄i. Ca. xij.

**T**n baptismo dñi notaſ ſua ipſius huilitas et no  
ſtra vtilitas. Ipſius hu  
militas notaſ in q̄tuor. Primo  
q̄ venit illeſus ſez dator ſalutis  
et non indigens ſalute. Seco  
q̄ ad iordanem. vbi creator ele  
mentorū ſubiāt ſe humili elemē  
to aque. Terco q̄ ad iohēm  
ſez dñs ad ſeruū. Rex ad ſcuti  
ferum. ſol ad luciferū. Quarto  
q̄ venit vt baptizare ab eo ſez  
fons a riū. plenitudo a ſilla au  
tor baptismi a mītro. Vtilitas  
noſtra notaſ in quatuor. que ār  
ca xp̄m baptizatum euenerant.  
Primo q̄ xp̄us confeſtim q̄n  
baptizatus fuit aſcedit de aqua  
p qd notaſ in nobis gracie inſu  
ſio. homo em p baptismuz libera  
tus a culpa aſcedit ad virtutes  
Secundo apertū eſt celum per  
qd notaſ hominis poſt bapti  
ſum decedentis euolatio. Tercō  
deſcendit ſpiritussanctus corpo  
rali ſpecie ſicut columba in ipſuz  
per qd notaſ q̄ baptismus facit  
hominē ſpiritussancti templum.  
Quarto w̄x patris facta eſt hic

eft filius metis dilectus. in quo  
notatur q̄ per baptiſtum de fi  
lio ire fit filius gracie. In bap  
tiſmo christi notant ſubſtancia  
ha baptiſti nostri ſez baptiſtas.  
baptiſtandus. materia. forma.  
intencio. Baptiſtans fuit iobes  
in quo nob ministerij ſanctitas  
deſignat. Baptiſtatus fuit xp̄s  
ſez noſtrum baptiſt. nū coſecrans  
quia contactu ſue mūdiſſime car  
nis vīm regeneratiāz dedit aquis.  
Materia fuit aqua magis cōueni  
ens et cōmuniſ ceteris liquorib?  
ad baptiſtū noſtrum existens.  
Forma notatur p testimonium  
trinitatis. fuit enim pater ibi in  
vōce. filius in carne. ſpirituſanc  
tus in columba. Intencio ſequit  
formam. vōces emi vt ait phūs  
note ſunt earū que ſunt in anima  
passionum. p vōcem patris que  
audita ē in baptiſmo christi no  
tantur quinq̄ dignitates et ex  
cellencie eiusdē domini illeſu chri  
ſti. Cum enim dicitur hic eſt cō  
mendatur christus a vera eſſen  
cia. quia ſolus deus verum habet  
eſſe. omne enim eſſe a forma eſt.  
Deus autem eſt forma ſine ma  
teria ut diat Poetius. Cum di  
citur filius item christus cōmen  
datur a ſimilitudinis paterne cō  
uementia. Ex eo namq̄ dicitur  
filius. quia ſuit vt ille. propter  
qd filius dicitur in a go patris  
poetius eiam quam ſpirituſanc  
tus propter rationem quam ha  
bes in primo libro vt ſupra.

Cum dicitur meus cōmendatur  
a substācē indifferečia. Dicit  
enī meus id est michi cōfubstan  
cialis Cum dicit̄ dilectus cōmē  
datur ab amoris beniuolentia .  
Job. Pater diligit filiū et omia  
que habet dedit in manu eius .  
Cum dicit̄ in quo mihi bene cōm  
placui . cōmendaſt a ſpeciali cō  
placentia Sed nota q̄ placitum  
est quieta voluntas . vnde cōpla  
cui mihi cum ſpiritu ſancto in fi  
lio in quo ſe dñm naturaz aſſump  
tam quieui .

**D**e plenitudine gracie christi  
Capl. xiii.

**D**icit hoc cōſiderandum ē  
verbū incarnatum quan  
tum ad plenitudinez ca  
rismati ſpirituahū que ſunt ple  
nitudo gracie in affectu . et pleni  
tudo ſapiencie in intellectu plem  
tudo meriti in opere et effectu .

**C**irca primū tenendum eſt q̄  
in christo a ſui concepcione fuit  
plenitudo gracie quantū ad grāz  
pſone singularis . et quantū ad  
graciā capitis . et quantū ad gra  
ciā uimoris . et hec triplex grā  
eſt eadem in eſſençia ſed diſſerit  
in effectu . Gracia enī pſone ſin  
gularis eſt grā habitualis quaz  
habuit xp̄us plenissime et pſec  
tissime . excepta fide et ſpe . q̄s v  
tutes non habuit Sed id quod  
eis in patria ſuccedit . quia fidei  
ſuccedit cognitio ſpei . ſpei ſuc  
dit comprehenſio rei . **S**ed dñm  
autem q̄ predicta gracia pſone

singularis exubeat in christo ita  
q̄ influit in membra corporis ſui  
miſtiā ſenſum et motū ſpirituā  
leſ ſe dñm fontalem plenitudinē  
omis gracie in christo habitatis  
dicit̄ gracia capitis . Vnde nota  
q̄ christus ſe dñm utraq̄ natu  
ram dicit̄ caput ecclie . q̄ nō ſo  
lum inquantū de ſed inquantū  
homo influit ſenſum et motū ſpi  
ritus et gracie in omnes q̄ adhe  
rent ei vel p ſidem rectam vel p  
ſidei sacramentū . ſed inquantū  
deus talem graciā influit auto  
ritate . inquantū vero homo . in  
fluſt ei per modum meriti . et q̄  
illud meritum non ſolum ex con  
gruo ſed etiam ex digno meruit  
membris graciā . hoc habuit ex  
uione ad verbū . **E**x p̄dā ſ  
collige q̄ christus inquantū ho  
mo dicitur caput ecclie tripli  
raſone . Primo ppter influençā  
gracie ſicut dictum eſt . Scđo  
pter cōformitatē nature quā  
babet caput ad membra . q̄ lict  
christus excellit mēbra ſua quā  
tuim ad naturam diuinitatis . ta  
men conformis eſt illis in natura  
huānitatis . Tercio dicit̄ caput  
metaphorice quia ſe dñm q̄ xpi  
corpus verū conſtat ex puriſſi  
mis membris ita et corpus eius  
miſticū ex puris fidelib⁹ . Nā de  
plenitudine eius accipiunt oēs  
beneficiū gracie et ſpūs q̄ ad eū  
accedūt vel p ſidem rectam vel p  
ſidei sacramentū . Alia rōne xp̄s  
ſe dñm q̄ hō dicitur caput ecclie

sciz ppter nature conformitatem  
quā caput habet ad totū corpus  
Nam sicut corpus xp̄i naturale  
constat ex purissimis membris.  
ita corpus xp̄i mysticū ex puris  
fidelibus. **P**reterea sciendum  
q̄ eadez gracia psone singularis  
habilitavit humanā naturā xp̄i  
ad vniōnē vbi vt videlicz natuā  
christi digna esset vniiri tante cel  
litudini. hec vocat grā vniōnis p  
quā xp̄s non tantū felicitate glē<sup>re</sup>  
verum ecīā adoratione latrīe dig  
nus fuit. verum non est scđm q̄  
est cōstruc̄io transītua. cū dīa  
tur gracia vniōnis. Tunc enim  
aliud est gracia. aliud est vno.  
sed scđm q̄ est cōstruc̄io intrā  
sītua. vt sit sensus. grā vniōnis  
id est vno huāne natuē ad diui  
nam que gratis et sine meritis da  
ta est humanitati xp̄i. Hic dif  
fert gracia vniōnis a gracia psō  
nali. et a grā capitīs. sicut vmo  
differt a gracia habituali. ppe  
quod dīat in Job. q̄ spūssane  
tus datus est ei nō ad mensuram  
qd̄ dupliqueret expōnit. Primo  
sic nō ad mensuraz id est totalitē  
et non p̄ticulariter. q̄ quicquid  
potuit deus de spūsancto dare de  
dit ei. Hec sic nō ad mensuraz  
id est sup omnem p̄porcōnem re  
spectu aliorū lumen. De hoc  
qd̄ dīat Job. Plenū grā et veri  
tatis. **N**ota q̄ multiplicē dis  
tinguitur plenitudo. Prima est  
sufficientie q̄ in quolibet iusto re  
peritur. Secunda est copie q̄ fuit in

apostolij. Actū. Repleti sunt  
omnes. hec fuit in beato stepha  
no. vñ stephanus autē n̄c. **T**er  
tia est vniuersitatis q̄ est in eccl  
esiā cui nullū donū deest. Quarta  
excellēcie q̄ fuit in beata vngine  
q̄ oēs sanctos in grā excellebat.  
**E**ccl. xxiiij. In me omis gracia  
vie n̄c. et Luc. Ave grā plena.  
**Q**uinta supfluētie q̄ fuit in xp̄o  
Job. Plenū gracia et veritate.  
**C**irca innocentia xp̄i sciendū  
est q̄ babuit immunitatē omnis  
culpe. et quantum ad aūum et  
quantū ad posse. quia nec pecca  
vit nec peccare potuit nec a p̄e  
peccatum originales traxit. quia  
patrem carnalem nō habuit. nec  
peccatum a matre traxit. q̄ spiri  
tus sanctus a somite totaliter eam  
liberavit.

### **D**e plenitudine sapientie xp̄i. Capl. xiiij.

**S**icut in xp̄o fuit omnis  
plenitudo grē. ita et ois  
plenitudo sapientie nō so  
lum quantuz ad cognita. verum  
quatū ad modos et differencias  
cognoscendi qui sunt quinqz.  
**P**rimus est cognitio sempiter  
nalis ex parte diuinitatis et hoc  
modo cognoscit omnia simul sc̄z  
finita et infinita. quia apud deū  
est ois infinitas finita. Deus em̄  
videt multa uno id est seipso vñ  
non differt ibi qd̄ videt et qd̄ vi  
det. q̄ videt se p̄ se. et in se videt  
oia. nō solū que fecit. sed et que  
facere potuit. que sunt infinita.

**S**cđs modus est cognitio sensu  
alis et sensualitatis ex pte carnis  
et iste modus est cognitio p ex  
pientia quo xps nō sciuit omnia  
simil. qz christi sensus non est  
ceptivus rerum nisi ad obiecti  
pniam. **T**ercius modus est  
spualis ex pte mentis. et iste tri  
plex fuit scz p naturā. p gradā.  
p gloriam. Per naturā igit̄ est  
modus tercius cognoscendi quo  
modo cognovit xp̄us omnia que  
spectat ad vniuersitatem cōstituōem  
Sed longe excellentius qz adā  
etia existens in natura instituta  
**T**Quartus modus est p grāz.   
hoc modo cognovit christus oia  
que spectant ad humani ḡnis  
redempcōnem. longe tamen ex  
cellentius qz aliquis p phataruz  
vel etiā angelorū. Non em̄ soluz  
habuit christ? scientiā p habitū  
innatum ut adam et angeli. sed  
etiaz p habitum infusum. velut  
sancti p graciā illuminati. cogni  
tionem vero nō habuit p habitū  
acquisitum. qui ppter imperfecti  
onem in christo nō fuit. Quintus  
modus est p gloriam. hoc modo  
cognovit christus omnia. finita  
quidē cognitione actuali. infinita  
vero non nisi cognitione habi  
tuali vel excessiva. Anima enim  
xpi p gloriam cōprehensionis ca  
piebat quantumcumqz capie potu  
it natura finita vmita infinito.  
**T**Sciendū qz res dupliciter ha  
bent in arte cognosci. sciz vel ab  
ipso artifice. vel ab alio artem co

mplante. Vt dcz modo cogno  
uit christus res. Primo modo p  
naturam deitatis. Scđo modo  
p gloriam cōprehensionis.

**T**Patet ex pmissis quinqz diffe  
rentie cognitionis que in christo  
erant. Per primū modū habuit  
cognitionem vt deus. Per scđm  
vt homo. Per tertium modum vt  
viator. Per quartum vt illumin  
ator. Per quintum vt compre  
hensor. Christus scđm vtramqz  
naturam dicitur lux. quia scđm  
diuinitatem illuminat intus ami  
mam. et scđm humanitatem in  
format exterius vitaz. et hoc tri  
pliater. scilicet miraculis. predi  
cationibus. exemplis. et primū  
est potencie. scđm sapientie. ter  
cium bonitatis. **T**Nota preterea  
qz scientia christi hominis limpi  
dissima est inter sciētias creatas  
quia n̄ibz habet admixtū de suo  
contrario vel actu vel potencia.  
presertim cum nō possit aliquid  
ignorare ppter vniōem ad ver  
bum. tamen quia anima christi  
creatura est nō est sciencia eius  
ita limpida sicut dei. qzvis sciat  
oia que seit deus. **T**Qd dicatur  
ibesus pficiebat etate et sapiētia  
corā deo et h̄ibz nō est intelligē  
dum qz in se pfecerit. qz ab instā  
ti cōceptionis sapientia plenifuit  
sed pōcas in alijs qz doctrina sua  
et exemplo suo pfecerūt. et hoc  
corā deo id est ad gloriam dei.  
et h̄ibus id ē ad utilitatē h̄im.  
pficiebat tamē ibesus etiam in

se cognitōne experimentalī et sensuali. quia dīdicāt scđmī apostolū ex his que passus est obediētiā.

**D**e merito christi. Ca.xv.

**S**icut fuit christus viator et comprehensor ab instanti conceptionis sue. Ex tunc em̄ cepit mereri et frui. Meruit autem inquantu; viator non in quantum comprehensor. **P**erfectio et plenitudo meriti christi nota; in istis. **P**rimo quantu; ad eum qui merebatur. quia nō tantu; erat homo sed ecclā deus. **S**ecundu; quantu; ad tempus quo merebatur. quia ab instanti conceptionis sue usq; ad boiram mortis. **T**ertio quātu; ad id p; quod merebatur. q; p; habi-  
tum pfectissimū caritatis. et per exercitiū pfectissimum virtutis. **Q**uarto quantu; ad eum cui merebatur. quia nō tantum sibi sed ecclā nobis. omnibus em̄ opibus suis que pcedebat ex libero arbitrio meruit sibi vitam eternā iam habitam et nobis habendā. **I**llis dico operib; que retulit ad nos. et est probabile q; retulit oia opera ad nos cum in modum venit ppter nos. **Q**uinto quātu; ad id quod merebat nobis quia veniam. gloriam et graciā. stolam q; carnis et aperitionem ianui celestis. **A**nte incarnationem em̄ christi diabolus habuit manū attrahentem. et manū impellentē. **A**trahente dico potest

in culpam. impellentem sine obstatulo ad limbum. **S**ed xpus primam manū suo merito debilitavit. **S**ed az vero penitus amputauit. **I**gitur in merito christi radicata sunt omnia merita nrā. siue satisfactoria pene. siue meritoria vite eterne. q; nec ab offesa creatoris digni sumus absolu- nec immensitatem premij. quod deus est digni sum? assequi. nisi p; meritum hominis dei. **H**exto quantu; ad id quod merebat sibi q; licet non mereretur glorificatiōnem mentis quam iam habebat meruit tamē sibi humilitate passiōis acceleracionem resurrectionis glorificacionem sui nominis. dignitatem iudicarie potestatis. sic ait apostolus. Christus factus est obediens usq; ad mortem ac et sequitur ppter quod et deus exaltauit illum quo ad primū. et dedit illi nomen quod est super omne nomē quo ad scđmī. vt in nomine ihesu xp̄i om̄e. ge. fle. ac. quo ad tertiu. **S**eptimo quātu; ad modum quo merebatur. **D**icit enim aliquis mereri tripliāter. scilicet de indebito faciendo debitū. vel de debito faciendo magis debitū. vel de debito uno modo faciendo debitum alio modo. **P**rimis duobus modis meruit nobis et non sibi. quia non potest sibi facere de indebito debitum vel de debito magis debituz cum a principio fuerat sanctissimus. nec in sanctitate potuerat perficere

Tertio modo sibi meruit. qd bonorum glorie qd sibi fuit debitum per gratiam omnionis. fecit sibi debitum alio modo scilicet per meritum bone actionis. Meruit enim sibi vitam eternam iam habitam. sicut nobis habendum.

**D**e voluntate christi. cap. xvi.

**V**oluntas in Christo duplex fuit. scilicet creata et increata. Et dictum est supra in primo libro de voluntate ipsius increata. **V**oluntas Christi creata duplex erat scilicet rationis et sensualitatis. Et voluntas rationis est duplex. scilicet rationis ut ratio est. et rationis ut natura est. Voluntas igitur rationis ut ratio est conformavit se in omnibus voluntati increase. sed voluntate rationis ut natura est et voluntate sensualitatis voluit aliquid proprium quod non voluit voluntate rationis ut ratio est. scilicet non mori. et in hoc iste voluntates non fuerunt sibi contrarie. licet volita contraria fuerint. quoniam secundum voluntatem diuinam Christus quod iustum erat voluit. sed secundum voluntatem carnis penam recensauit. et sic unaqueque voluntas quod suum erat retinuit. scilicet voluntas diuina iusticiam. voluntas rationis obedientiam. voluntas carnis viuere. Unde patet quod aliquod velle est illud rationi quod non est illud tuorum sensualitati. sicut fuit in Christo velle non mori. **V**erum autem

voluntas non moriendi fuerit a sensualitate. fuit tamen occasio naturaliter a ratione. quia Christus si cut voluit fecit illud horribile et vere in imaginationem. et in esti maconem. quo facto naturaliter morte metuit et fugit. hoc autem voluit propter nostram instructionem. **H**ic ratio per sensualitate ad vocavit dicens. Pater fieri potest transfer a me. tecum. hoc petitio fuit tam sensualitatis quam Romanis. **S**ed sensualitatis fuit tamquam affectus. rationis autem tamquam proponentis. et hoc Christus fieri voluit ad triplicem instructionem nostram. **P**rima est ut sciamus non esse peccatum aliquod sensuality velle quod est contrarium voluntati diuine. **S**ecunda est ut martyres Christi non desperent si mortem boreant cum illam et filius dei exboruerit. **T**ertia est ut discamus discrete petere. scilicet supponendo voluntatem naturam voluntati diuine. et hoc nota in conditione apposita. si fieri potest et ibi Veritatem non sicut ego. volo sed sicut tu tecum.

**D**e defectibus quos assumpsit Christus. Cap. xvij.

**N**on solum Christus assumpsit humanam naturam. sed et defectus circa naturam. quod videlicet ipsum decuit assumere. unde cum pene sint exercitatio virtutis perfecte et testificatio

humane nature non simulata al-  
sumpsit penalitates tā corpales  
qz spūales. que respicūt naturā  
nostrā in cōmuni sicut famem et  
fītim in absentia alimēti. tristici  
am et timorez in pñca nocumēti  
et būiusmodi ut est calor frigus  
lassitudo ac. Nec tamen omnes  
defectus corpales assumpsit. siē  
sunt defectus egritudinū multi  
formiū. Nec omnes spirituales.  
sicut sunt peccatum. ignorantia  
rebellio carnis ad spiritū. Prete-  
rea. qz nullus innocens debet iui-  
tus penā sustinere cum hoc esset  
contra ordinem diuine iusticie.  
christus sic penalitates accepit.  
ut tamen pati non posset inuite.  
qz passio sua nō fuit contra volū-  
tatem diuinitatis. nec contra rati-  
onis voluntatē licet fuerit contra  
voluntatē sensualitatis et carnis.

**D**icimus etiam qz xpc vere ti-  
muit. et vere doluit. et vere tristis  
fuit. put ista notant p̄assionez  
non scdm qz signant passionem.  
**D**iffert aut p̄assio a passione.  
qz tunc affectio dicitur p̄assio.  
quādo anima sic afficiet qz oculū  
mentis nequaqz turbat. Passio  
vero dicit quādo ita fortis est qz  
oculum mentis turbat. et facit a  
rectitudine vel a dei cōtemplatio-  
ne deuiare. et tunc ratio ledit et  
patit. **V**nde differunt ista duo  
sicut dispositio et habitus.

**D**e passione xpi. Ca. xvij.

**O**ra passionem domini  
comendam in ope paci

encā insuperabilem. in modo hu-  
militatem admirabilem. in causa  
caritatis inestimabilem. **C**irca  
opus notaꝝ qz christ⁹ sustinuit  
in tactu clavoruꝝ asperitatem. in  
auditu opprobiorū cōfusionem  
in odoratu spitorum feditatem  
**I**n gustu acetū et fellis amaritu-  
dinem. In oculis lacrimarū effu-  
sionem. in corde timorem. **D**e  
modo patiendi hoc tenendum est  
qz christ⁹ passus est passione ge-  
nerali. qz scdm omnia membra  
corpis. **V**la. Vidimus non  
habentē spēcē ac. Itē passione  
acerba Trn. Q ws omnes qui  
transitis ac. Fuit autē passio xp̄i  
maxima tum rāone intensiōis  
pter optimā dispositiōnem paci-  
entis. tū ppter eius innocentiam  
ēū ppter eius honoris excellētā.  
honorabilis em si cōfunditur pl̄  
reditur et p̄cipue inter suos.  
**I**tem grauis fuit eius passio ppter  
iphius virtuositatem. qz vilis  
homo de morte dolere nō debet cū  
turpitudo sua tunc finem habeat.  
**I**tez passione ignominiosissima  
**V**la. Vidimus eum despectum  
et noui. Nec autē ignominia at-  
ditur in tribus. In patibulo erū-  
as. qz fuit suppliciū pessimum.  
Et in cōsortio iniquorū sez latro-  
num cū quibus erat deputatus.  
Et in loco caluarie. **C**urat autē  
xpc passione generali infēctōez  
vniuersalem. passione acerba li-  
bidinē. passione ignominiosa su-  
pbie p̄sumpcōez. In mō passiōis

attenditur caritas maxima quan  
nos liberavit ab inferno dando  
venia. qua mundum renouauit lar  
giendo gratiam. qua celum aperuit  
conferendo gloriā tē. **T**unc tria  
notantur in titulo crucis. Nā p̄t̄  
primum dicitur iesus. ppter secū  
dū nazarenus. ppter tertium rex  
iudeorū. Christus quinq; viabō  
sanguinē suū fudit viuē et semel  
mortuus. scz in circunfissione. in  
oratione. in coronatione. in fla  
gellatione. in crucifixione. in la  
ceatione. Per primum docemur  
peccata abnegere. Per secundū  
mentis angustias pro salute nrā  
tenere. Per tertium animam nrā  
virtutib; ornare. Per quartum  
carnem nostrā domae. Per quin  
tum membra nostra mādatū dei  
ligare. Per sextū vulneratū cor  
in dei amoē habē. **T** Postremo.  
quia iste passiones non attinge  
bant in xp̄o diuinam naturā sed  
humānā. Ideo in morte xp̄i fac  
ta est diuihius aimē a carne. vt tñ  
salua esset vno tam carnis qm a  
mīne cum diuinitate. **T** Hoc eti  
am sciendū q xp̄s si passus non  
fuisset tamen semio defecisset qn  
tum pertinebat ad conditionem  
humane nature in se considerate  
sine vniōne. sed in potestate na  
ture vniōne fuit vel sic desicere vel  
non.

**D**e effectu passionis xp̄i.  
Cap. xix.

**E**ffestus passionis xp̄i  
multiplex est sicut patz

in his versibus. Passio debilitat  
scz virtutē demonū. Job. Qua  
si ibamo capiet leviathan. Spo  
lians scz infernum. Isa. Voca no  
men eius spolia detrabe. **T** Infor  
mat scz per exemplū. Petrus.  
Xpus passus ē p nobis vobis re  
linquens exemplū. **V**n xp̄s est  
quasi liber positus in pulpito cru  
cis. vbi discimus obedientiā. pa  
tientiā. humilitatē. caritatē. **T**  
Disce autē sp̄cialiter quomodo  
se habuit i capitulo quod sibi te  
nebat. **V**n Herū. Detetit iesus  
cerā preside inclinato capite. vul  
tu placido. sermōe raro. vōce sub  
missa. desfixis in terā aspectib;  
paratus ad obprobria. et ad ver  
bera promptus. Honorat imita  
tores suos. Dester. Hic honora  
bit quē rex volu. Excitat ad pu  
gnā scz spūalem. Mach. Oste  
derunt elephātis san. **T** Inflam  
mat scz ad diligēdū. Her. Su  
p omia te mibi reddit amabilem  
bone iefu calix quē bibisti opus  
nostre redēptionis. **T** Repat  
ruinā agelicam. Ipse enī xp̄s ē  
lapis angularis qui facit vtraq; v  
num. **T** Pacē scz dat inter deuz  
et hominē. inter hominē et boiem.  
inter agelum et hominem. Eccl.  
Et in tempore iracundie factus  
est reconciliatio. **T** Itē armat scz  
contra mundū. carnē et diabolū.  
**V**nde figurat p clipeū quē iofue  
levauit cōtra bay. **T** Danat scz  
mētis vulnera. Numeri. Aspicie  
tes enē serpentez sanabant.

l.i.

**T**Viuiificat. scz spūalifer. Ap? Cū essemus mortui cuiuificauit nos. Aug?. Mortuus ē vnicus ne maneret vnicus. Duāt sciliz p mare hui? mundi Exo. de vir ga mōysi. **T**Dulcorat. Exo. De ligno misso i aqua? marath. **T**Obumbrat. Cant. Lub vmbra ei? quē desiderabā sedi. afra catus eius dulcis gutturi meo. **T**Aculpa reuocat Isa. Attrib? est ppter scelera nrā. **T**Reserat. sciz celū. Isa. Dabo clauem dauid. id ē crucē sup humerū eius. **T**Illuminat. Vnde crux ē qua si cādelabru tabernaculi. Itē tbo bi. Illuiatus est p fel pīscis Ornat. Vn̄ dixit sancta agnes Et sāguis ei? ornauit genas me as. **T**Xps passione sua vicit diabolū quē ligauit. infernu? quē spoliauit. morte quā superauit. mūdū quē cōtempſit. suppliciuz quod ptulit. celum quod aperuit. **T**Passio xpī tollit septē vici a. tollit ei supbiā capitū inclinatio. p quā videbat titulū crucis fugere in quo scriptum erat rex Iuāidiam brachio p extensiō. q si ad amplexum invitans. Tua riciā multo p erogatio. que i pas sione tradidit. Vernar. Disce xpiane quantuz debeas diligere xpīm qui dedit nobis carnem suam in cibum. sanguinē suū in potū. animam in preciū. aquam la teris ilauacrū. vestem crucifixo ribus. corpus discipulis. matrē iobanni. Acādiā festinatio ad

passionem. Nam mollis respon fio. Culam fellis et aceti potio. Luxuriā lateris apertio. **T**In redēptione nostra fuit gratia mīrabilis. Primo ex parte motiui. quia caritas dei vidit q nec p amicos. nec p preciū poteramus nos redimere. Propterea fratrē nostrū se fecit. naturam nostrā assumendo. et precium dedit san guinem eius fundendo. **V**nde ps Redime me a miserere mei quia vnicus id ē nō habens amicos et paup sum ego. scz non habens preciū. **T**Secūdo ex pte redimētis qui cū liberare possz de potētia fecit hoc opus ex misericordia. vt ad amorem nos astringeret et vt iusticie sue satiss facēt. **T**Ter cōdo ex pte redempti qui opprime batur criminū seruitute et detine batur in carcere. Sed cōtra pīmū magnum erat vt filius dei seru fieret vt seruus fieret liber. **C**ōtra secundū magnuz fuit q dñs ad carcere serui descendit vt seruus exiret. **T**Quarto ex parte iusticie quia nulla iusticia hoc dictabat. vt innocens puniret p reo. **T**Quinto ex parte excellentie diuine. quia miruz erat q impre ciable ponebatur sub precio vīl creature. **T**Sexto ex parte pre eij dati. Si enī redemisset nos sa le adhuc ad gratias teneremur. nūc at redemit nos aīa corpore vi ta. vt nibil horū sibi subtrahere. **T**Circa passionē dñi nota sep te suavitates. Capitis inclinati

onem ad osculum in signum nostre reconciliationis. Brachiorum extensis ad amplexum in signum receptionis in gratiam de peccato redemptis. Lateris aptionem propter effusionem precij nre redemptiois et ablationis, exiuit enim sanguis et aqua. Clauorum in manibus et pedibus in fixione propter memoriam nre recordatiois Isa. Si obliuisci potest mulier infantis ac. Corpis tenuatione in exemplum nre confessio nis que scilicet debet esse nuda. Crucis portatione in exemplum nostre imitationis. Coronae spinae in pressionem vel impositionem in signum nostre glorificationis.

**D**e effectu passionis domini dic Aug. Per redemptoris nri morte de tenebris ad lucem. de morte ad vitam. de corruptione ad incorruptionem. de exilio ad patriam. de luctu ad gaudiu[m]. de terris ad celeste regnum vocatum sum.

**I**te dicit aug. quod Christus fuit sacerdos per quem reconciliatus sumus. fuit sacrificium quo reconciliati sumus. fuit templum in quo reconciliati sumus. fuit deus cui reconciliatus sumus. Christus fuit mediator populi iudaicorum et gentilium. et secundum hoc dicitur lapis angularis. Ita dominum et angelorum. et secundum hoc dicit pacificus. Item dominum et dominum. et secundum hoc dicit redemptor Herni. Quid ultra debuit facere et non fecit? absoluavit vincitum illuminauit cecum. reduxit erronem. reconciliauit reum.

**I**te Aug. Ecce pro impiis pie tas flagellat. pro stulto sapientia illuditur. pro mendacem veritas necatur. damnatur iustitia pro iniquo. misericordia afficiatur pro crudeli. pro misero expletus sinceritas aceto. iebriatur felle dulcedo. moritur vita pro mortuo. **X**ps propter nostram infirmitatem medicinas in se accepit. Curavit enim nos per dietam quando ieiunavit quadraginta diebus et quadraginta noctibus ac. Per sudorem quoniam factus est sudor eius sicut gutte sanguinis. Per minutionem quoniam clavis et lancea perforatus est. Per potionem quando gustauit acetum cum felle mixtum. Per emplastrum quando facies eius est spiritus illitus. Per electuarium quando corpus et sanguinem suum dedit in cena discipulis.

### **D**e cruce Christi. Cap. xx.

**I**n cruce Christi nota hoc supplicium quo nullum maius. **T**ren. **O** vos omnes qui transitis ac. Nulluz dico maius ex eo quod passus est ipse iustus ab iniustis. pro iniustis cum iniustis. Ex iniustis causis sub iniustis iudicibus et iniustis penit. **O**bprobrium quo nullum vilius. **S**ap. Morte turpissima ac. Prearium quo nullum conuentius. quia sicut per lignum venit culpa sic et per lignum redemptio. **M**isterium quo nullum profundius. 1. ij.

Eps. Ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis nec. Quod exposuit aug. de cruce. Exemplum quo nullum perfectius. Ne. Christus passus est pro nobis nec. Crux Christi multis rebus compatitur. Ipsa enim est clavis celi. rectus arce. Navis maris. Arbor Daniel. Palma fructuum salemostrum. baculus iacob quo iordanem transiit. Speculum imitationis. scala ascensionis hominis. hamus quo leviathan capit. torcular quo Christi sanguis exprimitur. cythara quod demon salvus compescit. palus in quo serpens eneus suspenditur. thau quo fratres fidelium signantur. Tabernaculum quo tabernaculum illuminatur. lignum aquas marath dulcorans. virga mosis per mare rubrum dei populum dicens. gladius ipsum goliad decapitans. vexillum ad pugnam spiritualem colligens. cathedra discipulorum Christi eruditum. Equus dei amicos honorans. clipeus iosephus huius impugnans. liber mysteria profunda continens. altare oblacenum acceptissimam recipiens.

Septem verba Christi in cruce perfulit. Primum. Pater ignosce illud. Nodice mecum eris in paradi so. Mulier ecce filius tuus. Hunc dilecti hely lamazaba. Pater in manus tuas commendabo spiritum meum. Consumatum est. Per primum verbum docemur iniurias dimittere. Per secundum peccates exaudire. Per tertium preteritum con rare. Per quartum salutem nostram desi

derare. Per quintum ad deum in necessitatibus clamare. Per sextum auxiliu nostru in domino ponere. Per septimum vitam nostram sine debito consummare. Quatuor brasalia crucis significat quatuor virtutes quibus extredi debet homo nostre interior. Significat enim pars superior caritate. inferior humilitate. a deo gratia obedientiam. a similitudinis patientiam. Itē quatuor brasalia crucis notat quatuor beneficia crucis. signat enim pars superior ianue celestis aperitionem. inferior inferni destructionem. a deo gratia collationem. a similitudinis peccatoꝝ remissionem. Quatuor fuerunt ligna in cruce. sic dicit magister in his. Des nancis crucis fuit de cedro. stipes de cypresso. transuersale de palma. tibula de oliua. Signat autem cedrus altitudinem contemplationis. Cypressus famam bone operationis. Palma fructum iusticie. Oliua lenitatem misericordie.

**De descensu Christi ad inferos**  
**Cap. xxii.**

**H**uic Christi post mortem descendit ad infernum. sive ad limbum ad liberatorem eorum qui Christi membra existentes de hoc seculo transferuntur. Dabulus enim dum manus in eum extendebat in quodlibet iuris habebat merito in alijs amisit potestatem. Alia causa quare Christus descendit ad inferos est. ut tantus esset de

scensus quantus fuit liberandorū casus. Primus enim homo sic i sta tera liberi arbitrij positus erat ut posset ad vitam ascendere. Et ad mortē descendere put̄ vellet. sed peccato peracto sic alterū brachiū statere p̄ onus culpe depliuz est. ut ess̄ in inno inferni. alterū vero in summo celi. non at ascē det brachiū depresso nisi descē deret aliud brachiū. descendit ergo dñs v̄sq; ad infernū ut hiez captiuū eleuaret v̄sq; ad celum.

**T**ertia ratio quare xp̄s descendit ad infernū sc̄ vt sicut viuuſ fuerat lumen mudi per presētiaz corpalem. ita mortu⁹ esset lumē inferni per diuinitatis maiestatē.

**T**Quarta ratio est ut idē xp̄s hoc exequere p̄ efficaciā. quod passioe sua meruerat secundū sufficiētiā.

**T**Duo autē meruit p̄ suā passionē sc̄ satissimū actionem et ianue optionē. ideo b̄c duo effec̄t in descensu suo ad inferos quia per satisfactionē soluta fuit vincula captiuitatis. per apertōnem ianue facta est illustratio iphius carceris etiā secundū lucēz exteriorem. Liberavit autē chriſtus omnes illos qui meriti sui capaces esse poterant. sicut fuerunt sancti patres qui non ppter pene reatum. sed tantum ppter reatum natuē detinebant. Damnati at b̄uius meriti capaces nō sunt. neq; parvuli in limbo. quia de eoz p̄ ore xp̄i non sunt per fidem vel p̄ fidei sacramentū.

**T**Dicenduz

autem q̄ aīa xp̄i per triduū moris sue cum sanctis patribus i limbo fuit. Ibidem fuit a latro cui dñs dixit. Iodie mecum eris in paradiſo. Et nomine paradiſi notaſ ibi dei fruitio. quia peracta passione tā ipse latro q̄z alij qui erāt in limbo viderunt deum p̄ essentiā.

**T**Ad quem infernū xp̄s descendedit si scire volueris. notandum tibi est q̄ nomē inferni sumitur dupliciter. sc̄ pro pena. et p̄ loco pene.

**S**ecundū primū modum dicitur q̄ demones semper infernū secum portant. Item in fernus prout sumit p̄ loco pena sic infernus quadruplicat diſtinguitur.

**V**nus infernus ē dānatorum in quo est pena sensus et dānni. ac tenebre exteriores et interiores. id est absentia gratiae.

**S**upra hunc locum est purgatorius in quo est pena sensus et dānni ad tempus. et sunt ibi tenebre exteriores et non interiores. quia gratia habent.

**S**uprā istum est limbū puerorum vbi est pena dānni et non sensus. et sunt ibi tenebre exteriores et interiores.

**S**upremus locus in b̄c est limbū sanctorū patrū. vbi fuit pena dānni et non sensus. et fuerunt ibi tenebre exteriores sed non tenebre priuationis grē.

**A**d hūc locū xp̄s descendit ac suos inde liberavit. et sic infernū momordit et partem abstulit. p̄ tem reliquit.

**M**orte vero quo ad electos penitēt destruxit sic dicit

in osea. Ero mors tua o mors.  
ero mors tuus inferne Dic q̄  
locus sinus abrake dicebatur. q̄  
abrabam ibi fuit. Sed nūc celū  
empirreū est sinus abrake. quia  
iam est ibi abrabaz. a nullo p̄di  
etorū locorū est transitus ad ali  
um. nisi quia olim a secūdo fuit  
transitus ad quartum. hoc est de  
purgatorio ad limbum sancto  
rum patrum. Ex iā dictis pa  
tet quare cātamus libera aias om  
niū fideliū defunctorū de manu i  
ferni. a de pro. la. aē. quia ifer  
nus sumit ibi p̄ purgatorio. sic  
a ibi sumit p̄ limbo qn̄ xp̄us ad  
inferos descendisse dicit vel ifer  
num destruxisse. Ex predās  
collige q̄ xp̄s mortuus est i cor  
pore. dicit ad inferos in aia  
a surrexit in vtroqz. Dicēdū  
etiā q̄ xp̄s in illo triduo totū fu  
it in sepulcro. s̄ non totuz. quia  
totus dicit personā. totum vero  
naturam. Similiter diceuduz  
q̄ cum vno anime cū corpore fac  
iat boiem. xp̄s in illo triduo non  
fuit homo. licet anima i caro vni  
tūc essent cum verbo.

**D**e resurrectione dñi. Cap  
xxij.

**O**ristus tercia die resur  
rexit a mortuis resumen  
do corpus nō tale quale  
prius habuit. s̄ z impassibile et  
immortale. Caro em̄ xp̄i que in  
natiuitate floruit i passione de  
cidit. per gloriosem resurrectio

nem refloruit. Tunc renouata ē  
vt aquile iuuentus xp̄i. Tunc  
leo catulum suscitavit. Tunc fe  
nix rexxit. Tunc sicut dicitur i  
hieremia. Figulus ex eodem lu  
to fraci vasis fecit aliud vas si  
cut placuit in oculis eius. Tūc  
ionas de ventre ceti illesus exiit  
Tunc vestitum est candelabrum  
auro. Tunc suscitatum est tab  
naculum domus dauid quod ce  
cidit. Tunc resulfit sol qui prius  
erat in nubilo. Tunc viuificatus  
est granum frumenti quod cadēs  
in terram mortuum fuerat. Tūc  
ceruus resumpit cornua. Tunc  
sampson tulit portas cū postibz  
Tunc ioseph eductus de carcere  
tundetur i constituitur dñs egip  
ti. Tunc concus saccus circūda  
tur leticia. Domin⁹ probavit  
resurrectionem suam esse veram  
primo per angelos qui non men  
tiuntur. Mat⁹. Respondens at̄  
angelus dixit mulierib⁹ aē. Itē  
probavit p̄ imonicos quorum vali  
dissimū ē testimoniū Mat⁹. Et  
quidā de custodibus reuersi sūt  
aē. Probavit ea nō arte magi  
ca factam. a hoc per comestioēz  
Probavit eam non esse fantasti  
ci corporis. a hoc per tactū. Pro  
bavit eam in eodem corpe factā  
quo passus est. a hoc per cicatri  
cum ostensionem. Probavit eā  
fuisse i corpore glorificato vmito  
beitati. a hoc per ingressuz dom⁹  
ianuis clausis. Probavit eti  
am dñs resurrectionē suā multis

apparitionibus. Apparuit enim ipsa die resurrectionis quinque sc̄z marie magdalene. Job. xx. Mulieribus. Math. vlt. Petro Sed nō inuenit modus. Luc. i fine. Eūtib⁹ in emaus. Luc. in fine. Discipulis ianuis clausis. qn̄ thomas nō fuit cū eis. Job. xx. Item apparuit inter resurrectionē et ascensionē quinque sc̄z tib⁹ me cū alijs Job. xx. Ad mare tiberiadis. Jo. xx. In morte thabor. Math. vlti. In bieru salē qn̄ comedit cū discipulis. Luc. in fine. et Marc. In monte olueti quando ascēdit. Luce vlti. Et primo Act. Multis de causis surrexit dñs. sciz ut scripturas impleret. qn̄ enī dixit dñs Ecce ascendimus bierosolimā. qn̄c. subiunxit. et tercia die resurget. ut nos ad resurgentū pueraret spiritualiter. quia turpe est ut sedeat seru? qn̄ corā eo surgit dñs. ut futurā resurrectionē inse probaret. et ut potentiam sue diuinitatis ostenderet. quia mortuos vivificare non est opus nature. sed potentie diuine. non ē enī regressus a priuatione ad habitum. ut nos ad contemnendū omnia terrena pro adipiscenda tali gloria amaret. Resurrexit ergo velociter. quia tercia die. Nam sicut ianuis clausis ad discipulos intravit. et sicut salua vgi nitate de vetero mris nat⁹ exiuit. sic cum mortuū nec petra in qua iacuit. nec militum custodia po-

tuit retinere. Integraliter. quia in corpore et in anima. Socialiter quia multa corpora sc̄orū qui dormierunt ac. Eternaliter. Ap. Xps resurgens ex mortuis iam non morit. Humiliter surgen dū est nobis spiritualiter. sicut et eisdem moīs resurgem⁹ in die iudicij corporaliter. Resurrectionē xp̄i est causa et figura nr̄e resurrectionis spiritualis. Causa dico motuua. et hoc dupliciter. quia causa motuua ē in comparatione nr̄i. Num enī consideramus gloriam resurrectoris xp̄i mouem⁹ ad resurgentē dū in nouitate vite. Itē causa motuua est in consideratione dei pris. qm̄ pater dās resurrectionē filio mouet ad dandā eandem gloriam fr̄ibus suis. sicut rex qn̄ facit filium suum militez mouet amore filij ut multos faciat cū eo milites. figura vero fuit. quia sicut xps resurrexit in nouitate vite. ita et nos in nouitate vite abulemus. Item sicut dīe resurrectionis xp̄i pcessit dies mortis in pasceue. et dies q̄ etis in sabbato se quieti. ita mām gloriosā resurrectionē pcedit in nobis mortificatio vīctorū. et quiete contemplationis eternorū. Nota q̄ sicut duplex ē mors sciz aie per culpā. corporis per extinctionem. ita duplex ē resurrectō. sciz aie per grām. et corporis per gloriam. et sic mors aie causavit mortē corporis. sicut babel in Gen. ita etouerso resurrectō aie causabit resurrectionē corporis gloriosā. Deinde

q̄ quidam resuscitantur sicut si  
eūt samuel · quia licet vere sauli  
appuerit vt dicat ecclesiasticus ·  
tamen non vere resuscitatus fuit  
Quidā ipse & sicut lazarus ite  
rū moriturus · Quidā pfecte · si  
cūt xp̄s semp̄ victurus · Et pri  
ma resuscitatio signat cōuersio  
nē huius p̄mitētiā hypocritarum ·  
Secunda cōversionē recidiuatiū ·  
Tertia conuersionē p̄seueratiū ·

De ascēsione dñi. Ca. xxiiij

**D**ifferētia est inter ascē  
sionē & assumptionē & euolationē · qm̄ ascēsio  
ptinet ad xp̄m · assumptionē vero  
ad b̄tām virginē · Euolatio ad  
alios sanctos · Ratio huius est  
qm̄ ascēsio sit p̄pria virtute ascē  
dentis · Assumptio at̄ virtute cri  
sti assumentis · qua filius sp̄ecia  
liter obsequi⁹ mīri · Euolatio ve  
ro fit misterio agelorum · Alia  
est dñi qz loc⁹ euolantū ē distic  
tio clavorū · Locus at̄ assumpte  
virgis ē sup̄ choros agelorum · Lo  
cus vero xp̄i ascēdenti⁹ est ultra  
locū assumpte virgis · Circa  
xp̄i ascēsionē fuit octo cōsideran  
da que cōcūstabant ascēsionē  
& colligunt⁹ in officio de ascensi  
one · Primū est q̄ videntib⁹  
illis id est discipulis eleuatus ē.  
vt sc̄z desideriū veniēdi ad ipsūz  
excitaret in eis · Secundū est  
q̄ nubes suscepit cū ab oculis eo

rū Per umbram nubis signatur  
q̄ in hoc mortali corpe iehu in al  
to videre non possum · Terciū  
quia eleuatis manib⁹ fereba  
tur in celū · Eleuavit autē man⁹  
pter duo · sc̄z vt suos p̄i offer  
ret · vt inimicos manu alte eret  
ta p̄cuteret · Quartū est q̄ b̄  
nedixit eis vt eos c̄tra hostē mu  
niret a bonis celestibus augeret ·  
Quintū ē q̄ ascēdit in iubila  
tione · quod refertur ad vocē io  
unditatis redemptorū ascendē  
tiū cū ipso · qui prius vocē lacra  
bili clamauerūt in portis inferi  
adueisti desiderabilis quē ac ·  
Sextū ē q̄ ascēdit in vocē tu  
be · a hoc refert ad sonū predica  
tionis ap̄lorū · qui sonus fuit in  
eis tūc iniūctus dicēte dño · Eu  
tes in mundū vniuersū pre · euā  
ge · oī a c̄ · Ex tūc enī in oēm ter  
rā exiūt sonzorū · Septimū  
est q̄ ascēdens in altū captiuam  
duxit captiuitate · id ē captiuos i  
captiuitate iferni · quos secū vic  
to reduxit · Octauū ē q̄ dedit  
dona boib⁹ · qz omnia nrā desursuz  
funt quo xp̄s ascēdit · borū p̄ia  
duo bñntur ex ep̄la · h̄ terciū & q̄r  
tū ex fine euāgeli⁹ sc̄dm luca · Itē  
quintū & sextū ex ps̄ · Itē septi  
mū & octauū ex ps̄ · Ascēdit  
xp̄s regressus ad celū multiplicat  
sc̄z tāqm̄ bonus obediens & pleta  
obediētia quo ad p̄te · Tāqm̄ bo  
nus mediator facta pace & cōcor  
dia quo ad lites · Tāqm̄ stren  
nuis pugnato & tra demones ·

**A**scendit xp̄s plurib⁹ de cauſ. ſc; ad quiescendū ſibi poſt labo re quo fatigatus fuit. xxxiij. ani mis nobis ſeruiē. Ad interceden dū p amicis p quib⁹ utiſe labo rauit. Hern⁹. Decurū accessum bales o bō ad deū. vbi habes fili um mediatorē. matrē interuētri cē. filius oñdit p̄latus & vulne ra. mater oñdit filio peccat⁹ avbe ra. ibi nulla p̄t eſſe repulſa. vbi tot ocurrūt amoris insignia Criſtus ergo optimus aduocatus ē quia tot babet linguaſ pro nob̄ loquētes quot vulnera p nobis fulcepit. Ad coquerēdū de inimicis pro quib⁹ vires fuas inutilē expendit. Iſai. Inuacuū labo. Itē ascēdit xp̄s vt nobis locū p pararet. Job. Vado p aperib⁹ locū. Ut fiduciā in iſpū ſperādi nobis tribueret. Ut in corpalem poffiſſioē zeterne hereditatis noſ mitteret. Ut ſp̄m ſanctū mitteret. Job. Si em̄ nō abiero paclit⁹ nō veniet ad vos. ſi at ac. Ut de fiderū noſtrū poſt ſe traheret. Can. Trahe me poſt te. Ut viā nobis ad celū oſtenderet. quia ſicut diat Lucas. Eduxit dñs pri muſ diſciplulos ſuos foras ciuitate in bethaniā. vt iſpā eductiōe cognosceret bic ſe nō brē manē te ciuitatē. q̄ at in bethaniā eduxit eos priuſ q̄ interpretat̄ dom⁹ obediētie ſignat̄ q̄ p opa obedi entie trāſituri eſſent ad celeſtia. Poſt hoc traſire fecit eos in mōtez oſhuarū. vt p monte intelligatur

eminētia ſp̄us in contemplatione. p oſhuas aut̄ pinguiſſimi pectoris deuotio. Ulterius vero poſt iſta nō reſtat mihi ſaltus aie in celū.

**E**xaltatus fuit xp̄s tripliſt. ſc; in terra p vite meriti. Super terrā p crucis ſuſpendiū. Super celos p aſceſionis iubilū. **A**ſceſio xp̄i fuit agelis mirabilis Iſa. Quis eſt iſte qui venit de edom Demob̄ terribilis. Reg. Nō fuit tantum gaudiū beria nudi uſtercius. Ve vobis. Dec ſunt verba pbiliftinorum qn wifera bant filij iſabel dū adduceretur arca fedoris de ſylo i caſtra. vt p eam adiutorium haberet diuinū in prelio. Dominibus ſalutaris ſicut ſupra pat̄ ex multiplici fruſtu aſceſionis ebristi. Aſcedit ebristus multipliciter. ſcilicet paſtentem. quia videtibus illis eleuat⁹ eſt. Potenter quia eleuat⁹ manibus fereretur in celum. **G**audenter quia in iubilatione aſcendit. Decenter quia cum duabus turmis regrediebatur. ſc; bonūnum & angelorum. Non autem dico q̄ ibi fuerint angeli in adiutorium neceſſitatis. ſed i obſequium dignitatis. homines q̄ illos dico quos de infernis liberauit. et qui poſt reſurrectionē uſq; ad aſceſionem mortui ſunt de numero ſaluandorū. nec purgatorio ulterius indigentes Clementer. quia benedixit eis. **X**p̄s nō ſtatiuſ poſt reſurrec tionē aſcendit tripliſt ratione

**T**rima est quia differenda su-  
it ascensio ut multipliciter pba-  
ret resurrectio ut dicit in Act.  
In multis argumentis p dies q̄  
draginta apparet eis. **T**Secunda  
est ut patientia nostrā infor-  
maret qua mercede dedemus eq̄  
nimir exspectaē. sicut agricola  
nō statim post seminatione me-  
tit. sed fructū maturitate expec-  
tat. **T**Terția ppter discipulonū  
consolationē. Vñ dicit glo. Act.  
p. Hicuit. xl. fuerūt hore mortis  
xpi. ita quadraginta diebū cuz  
eis cōuersatus est post resurrectō  
nē. quia consolatio diuina excedit  
tristiciā humanaā. **N**ota q̄ xp̄o  
conuenit descendere de celo tñmo-  
do secundū naturā diuinā. quia  
deus illuc venie dicitur vbi speci-  
ali affeetu apparet. Sed ascēte  
re conuenit ei prie secundū natu-  
ram humanaā. quia secundū illā  
solummodo mutat locū a non se-  
cundū naturā diuinā.

**D**e cōfessu xp̄i ad dexterā.  
Capitulum vicesimūq̄rtum

**A**scendens xp̄s ad celuz  
sedet ad dexterā dei omni  
potētis. Duo intelligū  
tur p dexterā. Primū est equali-  
tas maiestatis ad quā xp̄s sedet  
secundū diuinitatē. De hac dex-  
tera ad heb. Talez habemus po-  
tificem qui concedit i dexterā ma-  
iestatis in excelsis. Secundo in-  
telligunt̄ per dexterā potiora bo-

na glorie in quibus xp̄s sedet se-  
cundū humanitatē. qm̄ collatū  
est ei a deo quicquid cōferri po-  
tuit. a licet ab instanti cōceptio-  
nis xp̄s acceperit bona grēa glo-  
rie in anima. eadem tamen bona  
fuerūt in ascētione manifesta et  
in loci congruentia cōpleta. De  
bac dextera dicit Col. in. Que  
sursū sunt querite vbi xp̄s est in  
textera dei sedens. vbi dicit glo.  
q̄ sursū vbi xp̄s sedet sunt potio-  
ra bona gratia a glorie. **T**Diā?  
ergo q̄ ascētio xp̄i fuit tam ad  
locum qm̄ ad dignitatē. In quā  
tū quidem fuit ad locū. sic ascē-  
dit sup omnes celos. id est usq;  
ad dignissimum locū celi empir  
rei. siue ad altissimam eius pte.  
eo q̄ nobilissimo xp̄i corpori con-  
gruit talis locus. Non est tamē  
dicēdū q̄ corpus xp̄i si obliga-  
tum ad illū locū. sed quia sibi il-  
le locus sit secundū cōgruentia de-  
putatus. In quantū autē ascen-  
sio fuit ad dignitatem sic sedet  
ad dexteram prī. nō tñ quo ad  
sitū qui prī non cōpetit. sed quo  
ad excellentiaz duplice. sicut di-  
ctum est. quia per dexteram itel-  
ligitur vel equalitas maiestatis  
q̄ cōpetit xp̄o secundū diuinitatē. vel  
pfectio premij q̄ sibi competit so-  
cūdū humanitatē. **T**Preterēdū  
q̄ nō ē q̄ credim⁹ xp̄m ad dex-  
terā prī sedentē. Stephan⁹ autē  
vidit eū a dextris dei stātē. quia  
nos credim⁹ eū regnante a que-  
scētem que notant̄ in sessione.

Sed Stephanus in tribulatione  
positus habuit propugnatorem  
& suscepторem. Vnde vidit eum sta-  
tem. Merito Christi dicitur sedē  
ad dextrā dei. Sedere quidem qd  
laborauit. Ps. In laborib⁹ fui a  
iuuentute mea. Ad dextrā atqz  
diu fuit in sinistra aduersitatis.  
Ps. Afflic⁹ & humiliatus sum  
minis Dei vero dicit⁹. quia post  
abiectionem merito se qui debet  
gloria. Vnde qui se humiliat ex  
altabitur. :

**I**n̄cipit liber quintus de vir-  
tutibus & gratia spiritus sancti.

**V**eniam moduz de  
us de celis descendit  
no p essentiam suā  
incomutabile. sed  
p influentiā ab ip-  
so manat̄. ita nec spūs rationa-  
lis eleuat̄ supra se p situm localē.  
S p habitū deiformē. Vn̄ necesse  
est spiritui rationali si debet eē di-  
gnus eterne beatitudis q parti-  
ceps fiat influentie spiritualis.

**D**e origine grē. Cap̄. primū.

**H**oc bonum grē no potest  
quis per se venire. cū no  
sit hoc secundū limites na-  
ture. sed secundū influentiā lar-  
gitatis diuine. Hic ut enim creatu-  
ra p sua defectibilitate suo prī-  
pio semper indiget vt sit in esse

naturē. sic idem principium pro  
sua bonditate influere non cessat  
creature rationali vitam spiritu-  
alem. vt bene sit in esse gratie quā  
habere non potest sine deo largi-  
tore. Verum tamen inexcusabilē  
est homo si gratiam gratum facē-  
tem non recipit. quia gratia gra-  
tis data semper presto est liberū  
arbitrium excitare & commonē.  
cuius est huic admonitioni con-  
sentire. & hoc est quod i se est fa-  
cere. quo facto. poterit homo ḡti-  
am gratum facientem habere. qz  
hoc est ad gratiam gratum facē-  
tem se preparare. Quāvis enim gra-  
tia habeatur dei dono effidente.  
no tamen sine libero arbitrio co-  
sentiente. quia sicut ait augustinus.  
Qui creavit te sine te. non  
iustificabit te sine te. Item gra-  
tia gratum faciens a tribus est.  
sed aliter & aliter. Est enim a de-  
o effidente. a gratia gratis data  
liberū arbitriū excitante et mo-  
uente. a libero arbitrio consentiente.  
Quāvis enim liberū arbitriū  
non possit gratiam efficere in  
homine. potest tamen se ad hoc  
abilitare & preparare qz habeat.  
Hic ut enim quis non potest illu-  
minare domum. potest tamen a-  
periare fenestram. quo facto. sol  
intrat a domum illuminat. Qd  
autem dico de libero arbitrio co-  
sentiente intelligo in adulto. qz  
in parvulis sufficit fides & sacra-  
mentum ecclesie. & meritum cri-  
sti excusat impotentiam fui.

am a cū sceleratis reputat?

est. Isaie. liij. **T**In his verbis  
propheta Isaia xpi morte clare e  
nunciāns tria facit.

**T**rimo inuit q̄ mortis suppli  
āū non coactus sed voluntarie p  
tulit. ibi. Tradidit. non quia in  
das potuit. s̄ ipse voluit. secūdū  
illud iobām̄. Potestate habeo  
pon. am. me. a itū sumere eā.

**T**ercūdō ostēdit q̄ sua mors  
mortē nrā eternā abstulit. ibi.  
in morte z animā suā vt a morte  
scz eterna nos liberaret Her. Lī  
nō essent peccata nostra ad mor  
tem a mortem eternam nunq; p  
eis dei filius moreret

**T**erco inſinuat q̄ vt nostra  
scelerata tolleret cū sceleratis repu  
tari voluit. ibi. a cum sceleratis  
reputatus ē. Isa. liij. Attritus ē  
pter scelerata nrā scz pendens cuz  
sceleratis.

**T**quarto declarat q̄ sufficient  
quidem omnī. efficienter autē  
multorū peccata tulit. ibi. a ipē  
peccatū multorū tulit scz electo  
rum i quibus passio xpi effectū  
saluatiois habuit. a pro multis  
alijs effundendū in remissionem  
peccatorū scz qui ad hoc sūt dis  
positi vt effectū i eis habeat loc  
effusio sanguinis Re. de effectu  
passiois xpi. li. iij. ca. xix.

**D**e sancto Jobāne baptista

**D**ivis qm te formare in vte  
ro noui te. a anq; exires d  
extre scificari te. Dicere. p̄. **T**In  
verbis istis de? cui oia sunt presen  
tia p̄cellētiā beati iobis baptiste

exprimens ad ostendendā sanc  
titatis eius magnitudinem tria  
dicit.

**P**rimo q̄ ab eterno libro vi  
te indebetis ascriptus singularis  
quodāmodo est ad gloriā prede  
stinatus. ibi. prius qm te forma  
rem in utero nowite. Juxta illud  
apli ad ephe. Elegit nos in ip  
so āte mundi cōstituōnē ac. Et  
no. Quos presciuit a predisti.  
cōfor. fieri. i. si. sui.

**S**ecūdo q̄ in utero sancto spi  
ritu repletus fuit. aideo ante san  
ctus qm natus. ibi. a anteq̄ ex  
ires de utero sanctificauit te.

**T**ercio q̄ ad dei gloriā a edi  
ficationē lē minū est a deo miseri  
corditer datus. ibi. a p̄ betam i  
gentibus dedite. Et quia ineffa  
bili quedam mēdo est ante con  
ceptionē suā a formationē in ut  
ero predestinatus. a in libro vite  
ab eterno scriptus. ideo dicēdū  
est de ideis a libro vite. Requē  
libro primo cap. xxv.

**D**edi te in lucē gentū. vt sis  
salus mea usq; ad extre mū terre  
Iiae. xl ix. **I**n his vbiis estē  
dens deus ex quāta qualiq; grā  
beatū iehannem ad totius mudi  
utilitatē dedit. ad utilitas ei⁹  
de ondendā euidentiaz duo dicāt  
**P**rimo q̄ ad illustrandas gen  
tū tenebras tāqm lux illuminās  
sit datus. ibi. Dedi te in lucem.  
Juxta illud iob. v. Erat lucerna  
ardens a lucens. ardēs in seipso.

lucens p̄ exemplū in p̄xio.

**S**ecūdo minuit q̄ ex hac illu  
minatiōne gentium ipse deus sit  
ab ipso multiformis glorificat?.  
ibi. vt sis salus mea usq; ad extre  
mū terre. Et quia per lumen vbi  
mentes gentū illustravit. idē  
o dicendum est de cōmendatiōe  
a effe a virtutū. Re. li. v. ca  
nono. **P**etri. 7 Pauli.

**N**isi viri misericordie quo  
rū iusticie obliuionem non  
aceperūt cū semine eorum pma  
nent bona. Eccl. xl iij. **I**n ver  
bis praetatis scriptura sancta di  
uinitus inspirata bīos apl̄cs p̄  
trū a paulū dignis laudibus pre  
comzans ad cōmendationē eorū  
a laudem quattuor p̄ ordiēzōdi  
tiōcs eorū enumerat a ostendit.

**P**rimo q̄ p̄ eorum virtutis cō  
stantiā totus mundus dei miseri  
cordiā est expertus. ibi. Ni sūt  
viri misericordie. p̄ quorū sc̄z vi  
res seu virtutes quas v̄tib⁹ a ex  
emplo ostenderūt de lē minib⁹  
est insertus ab ignorātia a erro  
rū tenebris ad lumen fidei ipsos  
misericorditer reducendo

**S**ecūdo q̄ mundus p̄ claram  
vitā ipsorū normaz perpetuā vi  
uendi iuste a sobrie est adeptus

**I**bi. quorū iusticie obli. nō acce  
perūt. q̄ sc̄z iusticie eoz sp̄ ma  
nebūt imēmōne lē minū. vt ex  
ēplo eorū iustis opib⁹ dirigāt

**T**ercio q̄ p̄dicationis eorū fn. c  
t̄mplex in posteris efficacitē  
reptus. ibi. cū semine eoz p̄. b.

**S**emina eorū sunt omnes quos per euangēlium genuerunt. q̄ se men illud non deficit in eternū. quia ab ipsis ad nos a nobis propagabitur nostris q̄ successori bus illud semen verbī ipsorum. quia teste dñs. semen est verbū dei. **L**uc. Et cū hoc semen eorū scilicet illorum qui per eos ad fidem catholicam sunt conuersi permanet per multa bona virtutū a gratiarū. boc declarat q̄ subdit hereditas sancta nepotes eorū. Quia vero istorum virorū iustitia in hoc potissimum cōsistebat ut mundū ab errore idolatrie q̄ in pluralitate deorū erat ad cultum r̄nius dei viui a veri nō uocarent. ideo de unitate dei est dicendū. **R**e. li. p. ca. p.

**D**Apientiā eorū narrat oēs populi. a laude eorū p̄nuntiat ecclesia sanctorū. Ecclesia stic. xliij. **T**In verbis p̄fatis spiritus sc̄us ipsorum verborū auctor. a inspirator sc̄orū apostolorū excellētā a dignitatis eminētiā insinuans duo facit.

**P**rimo innuit q̄ eorū sapientiā omne genus hominū in die iudicij enarrabit. ibi. Sapientiā eorū narrat omnes populi. a hoc in die iudicij q̄ omes populi tribus a lingue cōgregabuntur. a tunc mali homines qui vitam ipsorum estimabant insaniam ipsorum sapientiā narrabūt. dicētes illud **S**ap. **N**os insensati ipsorum vitā estimabam⁹ insanā. a fine

illorum sine honore a. q. c.

**T**Secūdo ostendit q̄ laude eorum a gloriam omnis congregatio iustorum nūciabit. ibi. a laudem eorum pronunciat o. ec. Et hec similiter erit i die iudicij ubi tota sanctorum ecclesia cōgregabitur. a ipsis duos ap̄los videbit iudicii proximos a p̄cipiis assessores sedētes si per thronos duodecim tribus israel iudicantes. Quia autē omnis eorū sapientia per quam huiusmodi laudes meruerunt potissimum in eorū mundā a pura conscientia cōsistebat. ideo de conscientia est dicendū. Requie libro primo. ca. līj.

**I**n assumptione virginis **N**lypon firmata sū a in ciuitate sacrificata similit̄ requieuit a iherusalē potestas mea. **E**ccl. xxiiij. **T**In verbis prefatis p̄ inspirationē sancti spiritus in psalma beate virginis prolatis virgo beatissima tripliciter commendatur.

**T**Primo q̄ super omes chōros angelicos est eternaliter exaltata. ibi. In lypon firmata sum. Lypon interpretat̄ speculatio a signat naturam angelicā. que tā q̄z dignior a sublimior humana deitatis essentiā limpidius a subtilis speculat̄. Super quam ipsa euolās hodierna die clarius omnibus angelis dignitatis gloriam cōtemplat̄. sedm illud. n. **R**e. xxiij. Ascēdit sup̄ cherubim a ualuit lapsus sup̄ pennas venti id

est angelorū.

**T**Secūdo q̄ super omnē puras  
humānā naturam in cūitate dñi  
oſtitutā est ſimiliter ſublimata.  
ibi. et in cūitate ſanctificata ſimi  
liter requieui. ſc̄z in cūitate. **D**e  
qua p̄. **M**agnus dñs et laudabi  
lis nimirū. et in qua cūitate ſancti  
ficata pre alijs oib⁹ honorifice  
reuiuescit.

**T**Terçio q̄ in omni hieſalem  
ecclie triumphatis et etiā mili  
tatis regina eſt imperatrix potē  
tissima nominata. ibi. et in hieſale  
potestas mea. Quia autē ho  
die eſt ſup̄ clvros āgelorū exal  
tata. fī illud. Exaltata eſt ſane  
ta dei gemtrix et. id est angel⁹  
quorū regina eſt e dicendū. **R**e  
quire libro. ij. ca. xi. **D**e eod

**R**adicauit in populo honorifico  
cato. et in ptes dei mei bере  
ditas illius et plenitudine sancto  
rum detentio mea. Eccl. xxiiij.

**T**In verbis iſtis tanq̄m mater  
ſapiencie increata et gemtrix veri  
tatis beata virgo ſapiēter et vix  
at fructuofitatis ac dignitatis  
ſue gratiā exprimēt tria facit.

**T**Primo innuit pullulationem  
virtutū a ſe proceſtere tanq; ab  
origine et radice. ibi. radicauit in  
populo honorificato. id e radice  
ſu honorificentie populi. **S**ecundū  
autē p̄m Honor eſt premiū  
virtutis. Cū ergo pprie loquen  
do nulli debeatur honor nifi boni  
mibus virtuosis. Ipsi bniuſmo  
di honoris in pplo dei mittit radi

ceim. dādo virtutes per quās a do  
mino honorat. **S**ecundū illud. **H**i  
quis nibi miniftrauerit honoris  
cabit uum pater meus. Pater au  
te non vult habere nifi miniftri  
virtuosos.

**T**Secūdo ostendit q̄ portionē  
bereditatis celestis virtuosus co  
ſequet ſe datrix. ibi. et in ptes  
dei mei bereditas illius. ſc̄z v̄tu  
osi. quia virtutū meritis ſubſtā  
tiale premium correfpondet.

**T**Terçio iſinuat q̄ pleitudo ſa  
ctorū ab ea redūdat tanq̄m a ſa  
citat̄ precipua amatrice. ibi.  
et in plenitudine ſanctorū deten  
tio mea. Juxta illud bernardi.  
**H**i quid ſpe in nobis eſt. si qd  
grē ſalutis et ſacrat̄ ab ea no  
ueris redundare. Et quia virtu  
tum radix eſt et datrix. ideo de  
virtutib⁹ eſt dicendum. **R**equi  
re libro quinto. cap. xv.

**D**e ſancto bernardo.

**B**eatus quē elegisti et affū  
pſisti habitabit in atrijs tu  
is. Os. lixiiij. **D**avid eximi⁹  
ppbetaruz in ſpeculo eternitatis  
gloriosi patrii nr̄ bernardi glori  
am quā adeptus eſt hodie preui  
dens circa enunciationem ipſius  
glorie tria facit.

**T**Primo ostendit ipſuz a pueri  
tia vſq; ad ſemī gradat̄ de vir  
tute in virtutē iugiter ascēdiffe.  
ibi. beatus. **B**eatus dicit̄ quāsi  
bene auctus. quia ipſe auct⁹ eſt  
in virtutib⁹. quarū ascensiones  
i corde ſuo diſpoſuit in hac valle

d i

lacrimarum. **S**ed m illud ps.  
Beatus vir cui est auxiliū ab  
te ascen. in cor. s. d. ac.

**T**Secundo innuit deum ad edi  
ficationem immensam vniuersalē  
ecclesie ipsū misericordit legisse  
Ibi. quem elegisti. vt per eū ec  
clesiā illustrares. et cisterciensez  
ordinē fundares.

**T**ercio insinuat xp̄m bōdier  
na dic ipsum ad celestem gloriā  
assumplisse. ibi. et assumplisti.

**T**Quarto indicat ipsum p̄ pau  
pertate sua voluntaria et cumulo  
meritorū habitationē eterne pa  
trie recepisse. ibi. habitabit i atrī  
is tuis. Quia autē ad hoc vt ali  
quis pficiat in virtutib⁹ indiget  
cognitione dei et creaturez. ideo  
de modo cognoscendi res est dicē  
dū R equire li. ij. capitulo. xlvi.

De eodem.

**E**cce intelliget seruus meus  
et exaltabit et sublimis erit  
valde. Isa. xxiiij. **T**Quia qui se  
ipsū commendat ille probatus nō  
est. sed quē deus commendat. ide  
o ipse deus scrutās corda qui so  
lus novit qui sunt eius. beatū bernardū  
prēm nostrū qui erat hui  
lis in oculis suis sibiq; metiphi in  
omnibus displicebat p̄ semetip  
sum effereſ laudem ipsum cōmen  
dat in quatuor in his verbis

**T**Orimo q̄ intelligentie et sapi  
entie spiritus plenitudine quadā  
claruit singulari. ibi Ecce intel  
per aduerbiū demonstrādi ecce.  
quod est etiā verbū excitatiūz

mētis. quia exaltat̄ mentes homi  
nū ad videndū in libris suis et ad  
mirandū plenitudinem intelligē  
tie quā habebat. Juxta illud.  
Impleuit eū dñs spū sapientie et  
intellectus. Dap.

**T**Secundo q̄ ei seruuit ad sui  
gloriam fide et obsequio specia  
li. ibi. seruus meus. sc̄z fidelis et  
utilis tanqm alter moyses. De  
quo numeri Seruus meus moy  
ses in oī domo mea fidelissimus ē  
Et isiae. Seruus meus es tu in  
te gloriabor.

**T**Terco q̄ in ecclesia militati  
prelatus est alijs sanctitate et di  
gna preminētia pastorali. ibi.  
Et exaltabit sc̄z in ecclesia mili  
tante ad catedram prelature. Ju  
xta illud ps. Exaltent eum i ec  
clesia plebis. et in cate. se. l. eū.

**T**Quarto q̄ in ecclesia triūphā  
te per sanctitatis sue merita me  
ruit ad celestem gloriā sublima  
ri. ibi. Et sublimis erit valde sci  
licet in ecclesia triūphante ubi  
pre alijs sanctis lucet et sublimis  
dominū ceteris speculat. Juxta  
illud corinthi. Stella differt a  
stella in claritate. sic et ipse dif  
fert ab alijs in premij claritate.  
Quia autē intelligentia beati pa  
tris a potentij anime procedebat  
ideo de potentij anime rationalē  
est dicendum. R equire li. ij. ca.  
xliij.

In nativitate marie  
**I**n me omnis gratia vie et ve  
ritatis In me omnis spes  
vite et virtutis Eccl. xxiiij. An

verbis istis virgo beatissima ple  
na gratia effectum multiforme su  
e gratie enumerat et ostendit

**T**rimo insinuat quod per nullas  
viam ducentem ad patriam sine ei  
gratia bene itur. ibi. in me omnis  
gratia viae. scilicet virginalis. vidua.  
et matronalis. quia licet hi statu  
tus ordinati sint ad vitam. ut in  
eis existentes via ad patriam am  
bulent. tamen sine eius gratia nul  
lus in his statibus incidit per tra  
mites equitatis. **Juxta illud ber**  
**nardus.** Nihil de nos habere volu  
it quod per marie manus non trahi  
ret.

**T**secundo innuit quod nullum gen  
eritatis sine ipso gratia bene sei  
tur. ibi et veritatis. **E**st enim veri  
tas vite iusticie et doctrine. qua  
rum nulla exerceatur utiliter et salu  
briter nisi iphus gratia illustrante.  
**Bernardus.** Tolle mariam hanc mari  
stellam quid nisi caligo inuolueret  
ac densissime tenebre relinquenter  
**T**ercio ostendit quod sine eius gratia  
per nullam spem ad vite eter  
ne gloriam vel virtutis gratias p  
uenitur. ibi. in me omnis spes vi  
te et virtutis. **E**st enim spes venie  
gratiae et glorie. quarum nulla ha  
beri potest nisi eius gratia dispensa  
sante. **Bernardus.** Si quid habes  
spem. si quod salutis ab ea noueris  
redundare. Et quoniam hec omnia ex  
sua sanctificatione qua eam tan  
quam suum tabernaculum sanctifica  
uit altissimum est assecuta. ideo de  
sanctificatione eius est dicendum.

**R**equire libro quarto. capitulo  
tercio. Sanctificatio triplex.

De eodem.

**E**go mater pulcre dilectoris  
timoris et agnitionis et san  
cte spei. Eccl. xxiiij. **I**n his  
verbis virgo benedicta que sola  
virgo et mater existens increata  
genuit caritate sue prerogative  
argumenta clara proferens ad sui  
laudem et glorię in quatuor pracla  
ris conditionibus se significat o  
bus mulieribus preeminere.

**T**rimo quod gemina caritate dei  
et proximi scilicet in concupiscibili  
generat. ibi. ego mater pulcre di  
lectio. **P**ulchra dilectio est ca  
ritas quae diligit propter se amicus  
in deo. inimicus propter deum. et hec  
pulchra est. quia amando deum pul  
chrum et eius imaginem scilicet proximum  
pulchram et mundam efficit animam  
sic amatorem. **S**ed dilectio carna  
lis est fetida sordida et polluta.  
et ideo anima sordida efficit et im  
mundam. **V**nde et animam celi em  
piri pulchritudinem intrare non si  
nit. **Juxta illud.** Nihil iniquina  
tum iurat in illa scilicet celeste hierusalem

**T**secundo quod timore domini sanctum  
in irascibili pariat. ibi. et timoris  
scilicet illius qui expellit peccatum.  
**Juxta illud eccl.** Timor domini ex  
pellit peccatum. Et quo ducete ho  
mo opera bona et meritoria ope  
ratur. **S**ed dominum illud sapie. Qui ti  
met deum facit bona.

**T**ercio quod ad agnitionem pec  
cati et considerationem periculi ei  
us.

d. ij.

rationalem illuminat. ibi. et agnitionis sc̄e peccati et status sui.

**T**Quarto q̄ virtute s̄acte spei qua penitens veniam gratiam et gloriam speret penitenti tribuat Ibi. et sancte spei. Quia autem mater est agnitionis. et agnitionis peccati ab ea in penitente profluit. ideo de agnitione peccati mortalib⁹ et venialis est dicendum. Requie quando peccatum sit mortale vel veniale. li. iij. ca. xxij. Omnia peccata.

**D**e omnibus sanctis  
**I**di turbā magnā quā di numerare nemo poterat ex omnibus gentibus ac. Apocal. vij. **B**eatū iobānes bōdierne festiuitatis gloriaz in spiritu videns sanctū sanctorū cum suis sanctis omnibus ecclesie triūphātis quasi caput cum mēbris suis celebracōm tanti festi cōspexit solemniter interesse. et quantum ad hoc quinqꝫ p̄ ordinē i verbis p̄positis innuunt.

**P**rimo regni sanctorū magnitudo et gloria ineffabilis. ibi. vidi turbā magnā quam dinumere nemo poterat. profecto dei merito magna et innumerabilis. quia iphius turbe domin⁹ magnus est. et magnitudinis eius nō est numerus. Ps.

**S**ecundo q̄ in omni gente q̄ timet deum et operat iusticiā est ei acceptabilis. ibi. ex omnib⁹ gentib⁹ et t. et po. et linguis. Act. In veritate cōperi q̄ non ē

personarū deus acceptor. sed in omni gēte qui timet deum et operatur iusticiam acceptus est illi.

**T**ercio sanctorū exhibita deo reuerentia laudabilis. ibi. statē ante thronum et in conspectu agnī.

**T**Quarto sanctorum puritas et decor admirabilis. ibi. amicti stolis albis. per vestis albedinē eorum mūdicia et puritas figura tur.

**T**Quinto victoria sanctorū et triumphus insuperabilis. ibi. et pal. in ma. e. Et quia omnes sa. ai bōdie vultui dei assistentes bestiaz quam iobannes vidit in apocalipſi cum septem suis capitibus conterunt. id est de septē vicis victoriā babuerunt. ideo de septem vicis est dicendum. Requie libro. iij. ca. xiiij.

**D**e eodem.

**N**unc quidem tristiciā bābitis iterum autē videbo vos et gaudebit cor vestrum. Job. xvi. **T**In verbis p̄missis rex sacerotorum filiorum suorū et filiorum būius seculi. qui et filij sunt dialoli differentiaz exprimens tria facit.

**P**riō ostēdit q̄ sancti in p̄se ti vita miserijs et tribulatiōib⁹ exponunt. ibi. Nūc quidē tristiciām bābetis. h̄ filij hui⁹ seculi et cōuerso gāudio et cōsolatiōib⁹ ad eorum p̄niām p̄friunt. Juxta illud Job. Mundus quidez gaudebit. vos autē tristabim⁹.

**T**Secundo inuit q̄ finita p̄nti mi  
seria mō ineffabili cōsolabunt̄ .  
ibi . iterū aut̄ videbo ws . et gaude  
bit cor vrm . Dicāt at p tanto ite  
rū videbo ws . qz prius in presen  
ti visitauit eos p peccati⁹ corripi  
endo et castigando . Verū p̄ mor  
te iterū videbit eos sua eterna pre  
sentia cōsolādo Sed cōuerso re  
probos visitat in presenti cōsola  
tionē transitoria quam desiderat̄  
arca eos dissimulando et p̄mittend  
o . sed iterū in morte videbit sen  
tentia damnationis etra eos pro  
ferendo . Juxta illud iob . Nucūt̄  
in bonis dies suos . et in puncto  
ad inferna descendunt .

**T**Terco insinuat q̄ adepto cele  
sti gaudio nunqm̄ in perpetuu⁹  
priuabunt̄ . ibi . et gaudi⁹ vestru⁹  
nemo tellet a wbis . quia mors  
nō erit vltra neqz luct⁹ neqz cla  
mori q̄ prima abierut̄ Sz ec̄cuer  
so mali qui cōsolat̄ne in p̄ntib⁹  
buerut̄ . et tristidia penarū et infer  
ni nūqm̄ amodo liberabunt̄ Jux  
ta illud Luē . Sili recordare qz  
recepisti bona in vita tua . nunc  
autē hic consolat̄ . tu vero crucia  
ris Et qm̄ hec dñs sc̄orū et repro  
borū post iudicium qm̄ erit mundi  
innouatio oibus innescit . ideo  
de innouatione mundi est dicen  
dum . Requie . li . vii . ca . xix .

**D**e euangelistis .  
**Q**ibauit illū pane vite et in  
intellectus et aqua sapientie  
salutaris potauit illū Eccī . xv .  
**T**In verbis p̄positi⁹ scriptura sā

Ca diuinitus inspirata effectuz  
verbi euangeli⁹ qd sancti euan  
geliste mundo tradiderūt expri  
mens tria facit .

**T**Primo ostendit q̄ euangeli⁹  
sancti lectō vitā grē in aia vege  
tat et sustentat̄ . ibi . cibauit illūz  
pane vite sciz grē . quia mediāte  
ipso verbo dei deus qui est vita a  
mīme cū ipsa manet ipsam viuifi  
cans . ne pccō mortali cōsentiens  
moriaf̄ Juxta illud Deut . Nō  
in solo pane viuit ho . scz quo ad  
vitam grē . h̄ in oī verbo dei .

**T**Secundo innuit q̄ intellectus  
subtiliat̄ et in fide fortificat̄ . ibi . et  
intellectus Aia em̄ in intellectu  
cibū verbi suscipiens depdita re  
cupat et restaurat̄ . et si qd de fir  
mitate et rectitudine fidei in ea de  
fecerat per auditū seu dispositio  
nē cibi verbi euāgeli⁹ incipit re  
staurare sicut et cib⁹ corporalis vi  
dig estua depditus p̄ comedatio  
nē in corpe restaurat̄ .

**T**Terco insinuat q̄ sapore cele  
stis sapientie fitim carnalis cōcu  
piscentie extinguit et refrigerat̄  
Ibi . et aqua sapientie salu . po .  
illum . Sapientia em̄ dicit̄ qua  
si sapore virtutū cōdita scientia  
et talis scientia contra fitim male  
cōcupiscentie ordinat̄ Jo . Qui  
fitit scz hic temporalia seu delec  
tabilia huī vite reiat ad me id  
est ad fontem mei euangeli⁹ abi  
bat de ipso fonte scientiam . sciz  
qua hec fitis in eius anima peit̄  
extinguat̄ . et qz subiectū diuie  
d . iii

sapienie est intellectus aie. i8o  
de operationibz anime est dicen-  
dum. Requie de hoc libro secū-  
do. ca. liij.

De eodem.

**I**ocunditatem et exultatio-  
nem thesaurisavit super eum  
**Eccā. xv.** **T**In his verbis spūs  
sanctus magitudinem premij  
quod hic beatus euangelista cu-  
ius hodie festum colimus pro suis  
meritis est adeptus exprimens  
tria facit.

**T**rimo ostendit quod ab omni angu-  
stia et tristitia hodie liberatus est  
et eius anima domini sui gaudiu[m] in-  
travit. ibi. Iocunditatē. quia a-  
nimam sua usque ad resumptiones  
corporis iocundatur.

**T**Secundo innuit quod abhuc maius  
super eum thesaurizabit quoniam in die iu-  
dicii stolam corporis recuperabit.  
ibi. et exultationē thesaurisavit  
super eum. Exultatio dicitur quasi  
extra se saltatio. et hoc erit veraci-  
ter quoniam corpus glorificatus de doti  
bus glorificati corporis exultat.  
Juxta illud isaie. Gaudēs gau-  
dis do. et exulta. anima mea in deo  
meo. Et sequitur. quia induit me  
vesti. sal. id est corpore glorifi-  
cato.

**T**Terco insinuat quod nomine be-  
reditario et laudabili dei ipsius ho-  
norauit. ibi. et no[n]e eterno bedi-  
tabit illum. No[n]e quo euangelista  
dei ab oibus ecclae filius iure heredita-  
rio no[n]etur. ab hoc nomen est  
maxime dignitatis ut sit protono-  
tarius et secretarius dei viui. Et

quia hic sanctus euangelista tan-  
q[ue] doct[or] precipuus martir et vir-  
go aureola triplicem meruit. ide-  
o de aureola est dicendum. Requie  
libro. vii. ca. xxix.

De eodem.

**I**n medio ecclesie apuit os  
eius. et impleuit eum dominus spi-  
ritu sapientie et intellectus **Eccā.**  
**xv.** **T**In verbis istis spūs scūs  
inspirator isto per verborum doctrinæ  
eminentiā et sanctitatis huius. n.  
euangeliste enuncians tria facit

**T**rimo ostendit quod agrum vniuer-  
salis ecclesie scientie verbi dei quod  
spiritus arserat fructu iusticie adiple-  
nit. ibi. in medio ecclesie apuit os  
eius. ut sciz semen verbi dei ad  
omnes facilius perveniret. et sic ager  
ecclesie in bonis operibus fructi-  
ficaret. Juxta illud. Ego vos e-  
legi de mundo et ceterum.

**T**Secundo innuit quod ad seminā-  
dū verbum dei feliciter spiritus sapi-  
entie et intellectus in ipso requeuit.  
ibi. et impleuit eum dominus spiritu sapi-  
entie et intellectus. sine quo scō-  
spū dei verbum non potest efficaciter  
seminari. secundū illud. Spi-  
ritu intelligentie replete eum dominus  
et ipsi tantum imbre miserunt elo-  
quia sapientie sue. et hoc cantat  
ecclesia de euangelistis

**T**Terco insinuat quod pro suis meri-  
tis eterne beatitudinis gloriā hodie  
acepit. ibi Stola glorie induit  
eum. Et quia gloria celestis per bu-  
militatē acquirit et per superbiam a-  
mittitur Secundū illud. Quis e  
exalteat baniabitur. et qui se bu-

mi. ac. ideo de supbiauit caueat  
edicēdū. Re. li. ij. ca. xv.

De apostolis

**E**cce ego mitto vos sicut oves in medio luporum Mat. x. ¶ Xps qualitatem missionis apostolorum qua ad predicandum modo eos direxit i verbis promissis ex primens quatuor per ordinem ponit. Primo suiphi? mittetis in eis auctoritate. ibi. ecce ego mitto vos scz qui sum rex regum dñs dominorum. immo sumus pontifex qui habeo claves mortis et inferni. quapropter et nemo claudit. et claudio si nemo aperit.

Secundo ipsorum missorum ad predicandum perfectam idoneitatem. ibi. sicut oves scz innocentes et mundo utiles. quia sicut ovis est animalium et totaliter utile tam in vita quam in morte. ita et ipsi innocentes sunt frumenti in vita. secundum illud Job. Ego vos elegi de mundo ac. Et si iniurier post mortem cum subinferno. ut fructus vester maneat scilicet post mortem. quia fides quam fundatur in eternum manet.

Tercio missionis eorum evidenter utilitas. ibi. in medio luporum. ut scz ipsi apostoli de lupis oves ficerent. sicut in paulo accidit qui mane id est primo lupus rapax postea agnus effectus est.

Quarto predicationis officij quod assumperat qualitez. ibi. estote ergo prudenter sicut serpentes scz ad verbum dei sine negligencia et tedium promouendū. Isidorus enim dicit in

libro ethimologiarum. quod serpens tanta celeritate lingua agitat. ut duplice videat breui lingua cum non habeat nisi unam. Et simplices sic colubre ad bone vite exemplum pro ximis per simplicitatis rectitudinem ostendit. Et sic predicabat prudenter verbo. et simplicitate colubre ostendebat ex exemplo. Quia autem peccatum in spiritu sanctum per alios peccatis de hominibus lupos efficiat infernales ex eo quod dicitur irremissibile ex sui gemitu. et ex eo tales predicatione ampliori intendunt ut auertantur. ideo de peccato in spiritu scum est dicendum. Re. de hoc li. ii. ca. xxiiij. De eod

**D**uos autem estis qui premaxistis mecum in temptationibus meis Luce. xxiiij. In ipsis predictis xps volens ostendere fideli ab hostiis ne apostolorum sibi ab eis exhibita. necnon retributionem eis ab ipso retribuendam tria facit.

Primo ostendit ostentatione fidei ipsum persequentiem. ibi. Vos estis qui maxistis mecum in tentatione. ac.

Secundo inuit eiusdem fidei ipsum correspondientiam. ibi. et ego disposui vobis sicut dispositum mihi pater meus.

Tercio insinuat correspondente ipius evidentiā. ibi. ut edat et bibatis super mensam meam in regno meo. Et quia in primitu ad mensam magnam sedetur unus corpus xp̄i et sanguinem accepert et talia propriauerunt. scz tradendo corpora sua propter deum sic et ipse xps per eis aias

d. iiiij.

posuit. et sic ad mensam eius in regno suo id est ad eternas delicias puererunt. ideo de corpore Christi quod liter summi beatitudinis dicendum. Re. de dignitate eucharistie lib. vi. cap. xij.

De eodem

**Q**uoniam in me et ego in vobis. sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso item. Jobis xv. **I**n verbis premissis Christus effectum amicitiae apostolorum seu unitatem caritatis eorum ad se exprimit.

**T**rimo ostendit quod ipse Christus ab eis amat et tinebat in ipsis amabilibus in quantum in eorum affectum per quamdam placentiam imprimebatur. ibi. manete in me. scilicet ut et affectum meo vniendo affectui.

**S**econdo innuit quod Christus conuerso animans eos continebat in ipsis amatis in quantum id quod est amanti intimi sequebatur vero. ibi. et ego in vobis.

**T**ercio insinuat quod nullum operem vite eterna est meritorium nisi locum indissolubilis tueat. ibi. sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso nisi maneat in vita. sic nec vos nisi in me manseritis. Et quia nihil baculum vocationem in homine sic perfecte efficit sicut digna preceptio corporis domini nostri Iesu Christi. **P**ecundum illud Qui manducat me vivet propter me. ipse maneat in me et ego in eo. ideo effectus eucharistie est dicendum. Requie libro sexto. capitulo de

amortatio.

De uno martyre.

**V**estus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad dominum qui fecit illum. Ecclesiastes xxxix. **I**n verbis propositis Christus inspirator istorum verborum progratius huius sancti martyris exprimes duo facit.

**T**rimo ostendit quod vincitur creatura quod suum est dedit. ibi. iustus. Justus autem est proprius qui vincitur quod quod suum est tribuit.

**S**econdo innuit quod deo creatori nobiliore portione sui tradidit. ibi. cor suum tradet. quod est nobilis in homine. quia fons caloris principium vite sedes est sapientie. Unde et de illud dari sibi considerat. **J**uxta illud Prebe fili cor tuum nabi.

**T**ercio insinuat quod tempore debito et confratio vigilauit ibi. ad vigilandum diluculo. id est in presenti tempore. quo homo solus potest opera meritoria operari. Quia veit nocte id est mors quoniam nemo potest operari. **V**ulpes. Exhibit homo ad opus suum et ad operationem. scilicet usque ad resperam. id est usque ad mortem. quia extunc teste salomonem lignum ubicunque cederit ibi erit.

**Q**uarto intimat quod in mandatis domini exequendis oculos aertos habuit. ibi. ad dominum qui fecit illum.

**Q**uinto declarat quod propter hoc

omnia deus ipsum deprecante ex  
audit. ibi. et in conspectu altissi  
mi deprecabuntur. Quia autem  
secundum gregorium. Vigilat  
qui a se torporis et negligentie  
tenebras expellit ideo de accidia  
est dicendum. Requiere libro ter  
cio. capitulo de amooctauo.

De eodem.

**D**lacens deo factus dilectus?  
viviens inter peccatores  
translatus est. Sapientie. iij.

**T**h̄ In verbis praetatis victoriā  
bius sancti martyris spiritus sa  
ctus exprimens ad laudem eius  
quatuor per ordinem ponit

**T**rimo ostēdit q̄ sanctissime  
vite meritū deo placuit. ibi. pla  
cens deo. scilicet qui solus nouit  
vitam iustorum. Ps. Quoniam  
nouit dominus viam iusterū.

**T**Secundo ostendit q̄ per vir  
tutum mitorem a deo diligenter  
it. ibi. factus dilectus. scilicet de  
o. et hoc per virtutis meritū. Si  
militudo enim trahit naturaliter.  
vnde et dominus virtutum tanq̄  
sibi similes diligit virtuosos

**T**erco innuit q̄ malitia pecca  
torum ipsum a deo retrahere non  
potuit. ibi. et viviens inter pecca  
toes. scilicet tanqm̄ loth qui cū  
zodomit⁹ manens laudabilit̄ vi  
xit. Ita et ipse in medio natiois  
praeue et peruerse tanqm̄ lumina  
re sanctum exemplo sancte vite  
luxit. et vita gratie inter ipsos vi  
uens ad mortem peccati mortu⁹  
ab eis tradi non potuit.

**T**Quarto insinuat q̄ tanqm̄ vi  
ctor mundi carnis et diaboli per  
palmā martyrij ad gloriam regni  
de carcere carnis trahit. ibi. traha  
tus est. scilicet de morte ad vitā  
de carcere ad gloriam. de mundi  
angustia ad immensitatem celi.  
de tribulatione ad gaudium et re  
quiem sempiternam. Quia autē  
iste sanctus hodie martyr trahit  
ad gaudium angelorum quib⁹  
et meruit sociari. et cum eis in ef  
fata beatitudine sicut et ipsi confir  
mati sunt meruit confirmari. ita  
et eius gloria per angelorum  
gloriam pateat. de confirmatione  
est dicendum angelorum. Req  
re libro secundo. capitulo. xvij.

De eodem.

**E**t quis vult venire post me  
abneget et semetipsum et tol  
lat crucem suam et sequatur me.  
Mat. vi. **T**Christus bius sa  
cti martyris imitantis euz in mor  
te sua in verbis istis triumphum  
exprimes quatuor ad eius omē  
dationē p̄ ordinē ponit.

**T**rimo q̄ voluntarie tortorū  
manibus exemplo sui dominis se  
tradicit. ibi. Si quis vult venire  
post me. scilicet patiendo pro me  
voluntarie. sicut et ego me cruci  
figentium manibus sponte tradi  
di. Juxta illud Isiae. Tradidit  
in morte animam suam. et cum  
sceleratis deputatus est. Imples  
sic iste sanctus martyr illud sanū  
coſiliū sancti petri dicētis Ne pa  
tiāmī sic fures q̄ coacti patiūt̄.

**I**ste autem voluntarie preibat ad supplicium. ut de eleazaro dicatur Math. primo.

**T**Secundo quod seipsum amore Christi veraciter abnegavit. ibi abnegans se. id est recognoscendo se nihil iuris habere in corpore proprio. sed potius pro illo debere subiectum illud suo precioso sanguine compauit. Juxta illud. Empti estis precio magno scilicet ab ipso Christo. ergo corpus est Christi quod et recognoscens glorificauit Christum in corpore suo tradidit id propter ipsum ad supplicia.

**T**Terco quod passionem sibi illata spontanea voluntate pertulit. ibi. et tollat crucem suam. id est ut passionem sibi a deo preordinata toleret.

**T**Quarto quod per passionem Christum imitando post ipsum gloriam intravit. Juxta illud luce. xxiiij. Oportebat pati Christum et sic intrare gloriam suam. Et quia morte quam saluator per omnes in cruce pertulit hanc hodie martyr hic patiente pro ipso ei reddidit. et sic crucis Christi supplacatum est causa martyrum huius facti. id est de cruce Christi quod causa fuit quodammodo passionis omnium martyrum est dicendum. Re. li. iij. ca. xx.

### De pluribus martyribus

**I**udicabunt nationes et domini natus populis et regnabit dominus illorum in perpetuum. Sap. in.

**T**In verbis prefatis prerogativa triplex scorum martyrum ostenditur.

**T**Primo quod ab iniustis iuste iudicati iuste eos in die iudicij iudica-

bunt. ibi. iudicabunt nationes scilicet gentes quod deum non nouerunt. quod et ipsi ab eis in terra iuste iudicati sunt

**T**Secundo quia regnum mundi vicecerunt super populum huius mundi regnabunt. ibi. et regnabit dominus ille regnum in perpetuum. id est quia rex eorum cum quo unus spiritus sunt effecti regnabit in perpetuum. et ipsi tanquam membra iphus et unum corpus cum ipso capite suo regnabunt in eternum. Juxta illud apostolus. Qui vice erit sedebit mecum in throno meo. Quia autem sancti martyres semper alitatis ipsorum per rationes que est dignior pars in bone. et per quam bonum humanitatis proprietatem assequitur euicerunt. ideo de proprietate bonum est dicendum. Requiesce in pace. ca. lxi.

### De eodem.

**E**xpectatio iustorum leticia. Spes autem impiorum peribit. Proverb. x. **T**In verbis primis spiritus scimus gaudium remuneracionis scorum martyrum et trahorū impie eos tormentum vindictam exprimens duo facit.

**T**Primo ostendit quod in presenti in properia miseriariam tribulationem et tandem mortis tristiam expeditantes sperabunt leticiam semper eternam. ibi. expectatio iustorum leticia scilicet duplex. Una de dubiis anime quam statim per passum eorum terminum sunt assecutae. Juxta illud Gaudent in celis anime sanctorum. quia pro eius amorem sanguinem suum fuderunt. ideo cum christo reg. ac.

Aliam de totibus corporis quā  
adipiscenſ post diē iudicij a ſic  
mortē expectātes leticiā ſpabāt.  
**T**Secūdo innuit q̄ imp̄j econ  
uerſo in preſenti gadio a leticia  
perfruent̄ expeſtabunt tristici  
am a miferiam eternā. ibi. ſpes  
aut̄ impiorū peribit. ſc̄z qua ſpe  
rabant ſe diu in loc mūdo gaude  
re. **H**ed ſpes eorum perijt. quia  
gaudiū hypocrite ad instar pū  
cti ſc̄z rɛſpectu eternitatis. poſt  
tale punctale gaudiū cōtritionē  
duplicem expeſtabunt. vnam  
damnatiois anime quā rſq; ad  
diē iudicij ſuſtimēt. **A**liā corpo  
ris quā in die iudicij reſumentes  
in ipſo cruciabunt in ſecula ſecū  
la ſeculorū. Et quia ſicut dicit  
damascenus Qd demonib⁹ ē ca  
ſus illud b̄ib⁹ eſt mor⁹. a ido  
imp̄j poſt mortē cū demonib⁹  
cadentib⁹ ppetuo torquebunt.  
ideo de caſu demonis ut ad peſte  
tiam pnocent̄ imp̄j eſt dicēdū.  
Require li. ij. ca. xxiiij.

De eodem.

**E**cce quō cōputati ſunt in  
filios dei a in sanctos ſors  
illorū eſt. Sap. v. **T**Quia filij  
diaboli filios dei in terra dū viue  
rent nō cognocentes vitā eoruſ  
in ſamā estimabant ipſos penit  
diuerſi a passionib⁹ variis cruci  
antes. Ipſos ſaltē poſt mortem  
vidētes in gloria dei filios agno  
ſcētes in verbis prefatis coacti e  
oruſ gloriā protestantur. a ſecū  
dum loc qm̄q; inuiti ipſos lau

dant a commendant.

**T**Primo q̄ eos fuos dominos q̄  
bus doninabantur dum viueret  
recognoſcunt. ibi. Ecce quomō  
computati ſunt inter filios dei.  
Filij autē dei ſūt reges. ſecūdū  
illud p̄s. Deus iudicium tuū regi  
da aīc. Fratres em̄ ſunt grā xp̄i  
filij naturalit patris a celebredeſ  
regim ei? a ideo cū ipſo xp̄o frē  
ipſerū regnabūt in eternū. a re  
gent malefactores ſuos a torto  
res in virga ferrea tanqm̄ vas fi  
guli confringent eos. P̄s. Et  
letabunt cum riberint vindictā

**T**Secundo q̄ eos quos malefa  
ctores a sacrilegos iudicabant.  
portionem in terra viuentium cū  
iustis aſſatis ſortitos agnoſcūt  
Ibi. et inter sanctos ſors illorū  
eſt. Et que niam bi filij dei cum  
eterno patre ſuo deo eternalitē re  
gnant. ideo ad ipſerū filioꝝ glo  
riam de eternitate patris eorum  
eſt dicendum **R**equire de eterni  
tate dei libro primo. ca. xvij.

De uno cōfessore.

**B**eatū ille ſeruus quē cum  
venerit dñs eius muenerit  
ſic faciente. Mathei. xxiiij. **T**In  
verbis ipſitis xp̄us fidelis ſerui  
sancti ſui huius cōfessoris cuius  
bodie festū cōclimus pclaras cōdi  
tiones enumerans tria facit.

**T**Primo oſtendit q̄ tanqm̄ fi  
delis ſeruus pecuniam ad nego  
ciandum ſibi traditam augmen  
tauit. Ibi. **H**eatū ille ſeruus.  
**H**eatū dicitur q̄ ſi bene auctus

et ipse scientia et dona naturalia  
vel gratuita sibi a deo tradita de  
virtute in virtutem proficiens au  
gmentauit.

**T**Secundo innuit quod usque ad mor  
te perseverans in bonis opibus vi  
gilauit. ibi. quem cum venerit dominus i  
uenerit sic facientem.

**T**Terco quod dominus in morte vigilat  
te eum inuenies ipsum in regno in  
terra uiuentium exalabit. ibi. a  
men dico vobis quoniam super om  
nia bona sua constituet eum. Oia  
potiora dei sunt in celo empirio  
super que constituit hodie eum.  
quia deus est ibi merces eius et di  
uinitate fructus. de societate ange  
lorum et sanctorum letat. et quia per  
caritatem sibi ibidez merita sua co  
municant. omnia bona dei quodam  
modo est sortitus. Et quia hic sa  
cra professor vana mundi gaudia  
et luculentia predia polluta depu  
tas. et diuitias huius seculi arbitri  
atus est ut stercore. avariciam  
abhorres et contemnens. et ideo o  
uas tenet celestia. idcirco de aua  
ricia est dicendum. Requie li. ij.  
cap. xix. **D**e eodem.

**I**nstitu deduxit dominus per vias  
rectas et ostendit illi regnum  
dei. et dedit illi scientiam scorum.  
Cap. x. **T**In verbis predictis  
ostendens spiritus sanctus qualiter iste  
sanctus professor de egypto huius  
mundi ad terram promissionis scilicet  
terram uiuentium venerit quatuor fa  
ciet.

**T**Primo ostendit quod deduci a do

mino se dignum exhibuit. ibi.  
iustum deduxit dominus. **J**ustus  
enim erat quia tribuens unicuique  
quod suum erat iuste et digne a  
domino ducebatur. quia iustus  
dominus et iusticias dilexit. ps.

**T**Secundo innuit quod omnes vi  
as erroneas ad perditionem duce  
tes declinavit. ibi. per vias rectas  
scilicet sobrietatis et per excellentiam  
omnibus alijs vijs scilicet caritatem.

**T**Terco insinuat quod in hac pere  
grinatione mente in celestibus ha  
bitauit. ibi. et ostendit illi regnum  
dei ne de carcere scilicet huius mundi si  
cut filii seculi huius sibi ficeret  
paradisi.

**T**Quarto intimat quod spiritu sa  
cientie et intellectus repletus mun  
dum edificauit. ibi. dedit illi scien  
tiam sanctorum. id est spiritum sapientie  
et intellectus. qua etiam scientia  
omnes sancti usi per eam san  
ctitatis gloriae sunt adepti. **J**ux  
ta illud. In medio eccl. aperuit os  
eius et c. Et quia deus erat in ipso  
et cum ipso hoc oia operas scilicet ipsius  
in iustitia dirigendo. per vias re  
ctas ducendo. regnum dei sibi ostendendo  
et scorum scientias sibi da  
do. ideo qualiter deus sit in scientia  
dicendum et rebus alijs. Requie  
de in scriptibilitate dei li.  
primo. ca. xvij.

**E**cce nos reliquimus omnia  
et secuti sumus te. Mathei  
xix. **T**Beatus petrus in perso  
na omnium perfecte mundum con  
tentum hoc ubi pferes tria facit

**T**Primo ostendit eos mundū cū suis concupiscentijs & fallacijs cōtempisse. ibi. ecce nos q̄ scz mundū odimus. a quos mundū odit. secundū illud cōfiliū iohānis. nolite diligere mundū neq; ea que sūt in mūdo.

**T**Secundo innuit eos volūtate habendi quecunq; de mundo haberī possent deseruisse. ibi. reliquias omnia. Diero. omnia reliqt qui voluntate habendi deseruit.

**T**Tercio isinuat eos viā p̄ quā ambulauit xp̄s apprebendisse. ibi. a securi sum? te scz ambulātes per viam voluntarie paupertatis obedientie & caritatis. Nec ei est via dñi quam incessit. a quia tales xp̄m perfec̄te sequētes nō solum cauet mortalia. verū etiaz a venialibus toto posse abstinet ne leui saltē maculare vitā famic possint. ideo de peccatis venialibus a effe. Quo eorū est dicēdū. Requie libro tercio. ca. xiiij.

### De virginibus.

**D**Omine deus me⁹ exaltasti sup terrā habitationē meā. Ecā. li. **T**In his verbis hec beata virgo bodie celum scandens de duobus cū tripudio gloriaf.

**T**Primo q̄ super regnū mundi quod contempserat est ad igna celestia a spōso suo xp̄o exaltata. ibi. Domine deus meus exaltasti super terram habitationem meam.

**T**Secundo q̄ a morte eterna ē suis deo grātis preciib⁹ liberata.

ibi. pro morte defluente deprecta sum. scilicet efficacit. quia ex auditā sum. Tuxta illud ps. Clamavi & exaudiuit me. Et q̄ niam hec virgo beata super terrā ad celi altitudinem est exaltata ideo de natura celorū et eorum altitudine est dicēdū. Requie li. secūdo. capitulo secundo.

### De eodem.

**O**s suum aperuit sapientie. a lex clementie in lingua eius. Proverb. xxxi. **T**In verbis predictis duplex prerogativa huius virginis declaratur.

**T**Primo q̄ in ore hominis interioris abscondit eloquia sapientie. ibi. Os suum aperuit sapiētie. Os interioris hominis est memoria. in quod cibus intrat anime. id est verba dei que cibant & sustentant animaz. in hoc ore cibū capiens anime ipsum salubrit digerebat verba in opus cōuertes. Tuxta illud. Beati qui audiūt verbum dei &c. id est memoriter retinent verba in bona opera cōmutando.

**T**Secundo q̄ in ore exterioris hominis vba semper babuit pena virginea puritate. ibi. a lex clementie in lingua eius. id est sicut in memoria legez caritatis que est lex clementie tenuit. ita et eam ore cordis protulit legez caritatis & castitatis. adeo mente & ore seruans. vt nec formicatio vel vlla immundicia ab eius ore procederet aut etiā nomina erit.

sicut tecerbāt eius perfectissimam  
sanctitatem. Et quia luxuria ca-  
stiti virginis aduersat ad hoc  
ut opposita iuxta se posita clari-  
us elucescant. idō de luxuria est  
dicendū. Requiere libro tertio. ca-  
pitulo. xxi.

In dedicatione.

**D**ackee festinans descendē  
qz. hodie in domo tua oportet  
me manē. Luce. xix. In ver-  
bis premissis xp̄s dedicationez tem-  
pli spiritualis exprimens duo fa-  
ctū.

**P**rimo ostendit qz anima ut  
sit xp̄i dī dignum habitaculum  
de alto elatiois ad ima humilita-  
tis debet descendere. ibi. **D**ackee  
festinans descendē.

**S**econdū innuit qz tunc digna-  
tur in ea r̄quiescere. ibi. quia ho-  
die scz si descēderis ad humilita-  
tis virtutē tunc oportet me tecuz  
in domo tua manere. **H**cōm illud  
**I**sa. **H**up quē requiescz spiritū  
meū m̄si super humilem et quietū  
sciz quia vanitatem presumptiois  
et supbie iā q̄euīt. qz supb̄ nūc  
inuidet superioribz qz eis nō eq̄t.  
nunc paribus qz ei equant̄. nūc  
inferioribus ne sibi equent̄. **E**t  
quia superbus nō attendit breui-  
tate tempis in quo superbit. sed  
execatus supbia semper se esti-  
mat a dignitate quam appetit nō  
moueri. **H**cōm illud ps. **E**go  
dixi in abundātia mea non mo-  
uebor in eternum. idō de tempore  
et eius fluxu celeri est dicenduz.

Requiere libro secundo cap. x.

De eodem.


**I**psi populus eius erūt et ipē  
deus cum eis erit eorum de-  
us. Apoc. xxi. In verbis istis  
beatus iohannes dedicationem tem-  
pli celestis in spiritu videns circa  
templū et templi domuz tria facit

**P**rimo ostendit qz soluz elec-  
ti intrabunt illud templum. ibi.  
ip̄si populus eius erunt scilicet e-  
lecti. foris autē manebunt canes  
et benefici et immundi.

**S**econdū innuit qz deum ip̄si v-  
nit in loco templo perpetuo lauda-  
būt. ibi. et ipse cuz eis scilicet tā  
qm caput cum membris suis a qz  
bus glorificabitur. **J**uxta illud.  
In templo eius omnes dicēt glo-  
riam.

**T**ertio insinuat qz doles glori-  
ficati corporis ab ipso sperabūt.  
ibi. erit eorum deus. quem scilicet  
resumptis gloriificatis corporibus  
tanqm verum suum dominū lau-  
dātes omne gaudium ab eo spe-  
rabunt. **J**uxta illud ps. **L**etabi-  
tur iustus in domino et sperabit in  
eo. **E**t quia ip̄si sancti angeli no-  
bis cooperant̄ ut populus domini  
efficiamur nos illuminando. pur-  
gando. et perficiendo. ideo de illu-  
minatione purgatione et perfec-  
tione est dicendum. Requiere de  
actibus angelicis. libro quinto  
capitulo. xvi.

Est sic finis deo laus  
et gloria trinitatis.



iii. 2

8371-72

